



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Novæ Observationes Et Additiones Ad A. R. P. D. Bartholomæi Gavanti Congreg. Cleric. Regul. S. Pauli ac Sac. Rit. Congregat. Consultoris Commentaria In Rubricas Missalis Et Breviarii Romani

Adjectis Summorum Pontificum & Sac. Rit. Congreg. Decretis usque ad
præsens emanatis

Complectens omnia Gavanti Commentaria in Rubricas Breviarii - Cum
Indicibus Decretorum, Rerum atque Verborum notabilium

Merati, Gaetano Maria

Augustæ Vindellicorum, 1740

VD18 10783695-002

Index Decretorum A Summis Pontificibus

urn:nbn:de:hbz:466:1-39775

INDEX DECRETORUM A SUMMIS PONTIFICIBUS

*Præsertim verò à S. R. C. ad Breviarii Romani Rubricas explanandas, & ad perfectiorem usum in ipsis inducendum emanatorum ab Anno 1602. usque ad Annum 1738. ordine temporis regulariter servato, quo fuerunt sancita. Quæ quidem Decreta omnia, & singula excerpta, & iterùm diligenter collata fuerunt cum suis Autographis, seu Originalibus, quæ extant in Regestis Decretorum memorata S. R. C. Pauca alia, quæ ab Auctoribus Rubricistis, & in aliquibus locorum Kalendaris sparsim referuntur, hic non allegantur, quia non constat de eorum Authenticia, cum in præfatis Regestis reperiri nequaquam potuerint. Illa verò, quæ in Indice secundi Tomi Thesauri Sacrorum Rituum à Gavanto allata sunt, in præfati fusiori Indice pariter recensentur, & prænotanter hoc asterisco. **

1 * **C**onsecrator Ecclesiæ potest in actu Consecrationis statuere aliam diem pro Anniversario ejusdem Consecrationis. 19. Februarii 1587. Vide num. 16. & alios ibi notatos.

Hoc Decretum cum editum fuerit de anno 1587. antequàm inciperent scribi in Regestis S. R. C. Decreta ab eadem emanata, quod contigit anno 1602. ideò in prædictis Regestis non reperitur; sed quia affertur à Gavanto in suo Indice, etiam in hoc nostro exhibetur.

2 * Qui sunt de gremio alicujus Ecclesiæ, debent recitare Officium, quod in Choro dicitur, licet morentur alibi. S. R. C. 30. Augusti 1602. *In Salernitana.*

3 * Clerici licet adscripti alicui Ecclesiæ,

non tamen obligati Choro, non tenentur recitare Officia quæ in Choro propria dicuntur eadem die. S. R. C. 30. Augusti 1602. *In Salernitana.*

4 Tertiarii S. Francisci degentes in Seculo, qui fuerint de gremio alicujus Ecclesiæ, & illius Choro obligati, debent recitare Officia particularia illius Ecclesiæ, secus autem si sint de gremio, & nullatenus Choro intervenire debuerint. S. R. C. 28. Septembris 1602. & reperitur in *Rub. Breviarii Minorum Observ. num. 145.* Vide num. 186.

5 Canonici debent cantare alta voce, & potest Episcopus eos hortari ad id faciendum. S. R. C. 23. Novembris *in Egitanien.*

6 * De Sancto, cujus insignis Reliquia habetur,

B b b 3

- betur, fieri potest Officium Duplex minus in ejus Festo. S. R. C. 23. Novembris 1602. in *Vicentina*. Vide nn. 40. 59. 60. 82. 165. 199. 259.
- 7 Matutinum Defunctorum pro Generali eorum Commemoratione non debet cantari pridie Vesperis in Festo omnium Sanctorum, sed recitandum est manè die 2. Novembris post Laudes diei. S. R. C. 23. Maji 1603. in *Egitanien*. Vide nn. 28. 206. & 220.
- 8 * Vesperæ Defunctorum pro prima die Mensis dicuntur post Vesperas etiam Dominicæ, vel Festi de Præcepto, si accidat. S. R. C. 23. Maji 1603. in *Egitanien*.
- 9 Officium pro die tertio, septimo, vel trigésimo post obitum Defuncti, si cadat in die Dominico, vel Festivo, transfertur in diem sequentem cum eadem Sollemnitate. S. R. C. 23. Maji 1603. in *Egitanien*. Vide n. 205.
- Vide etiam pro *Anniversario Defunctorum Decreta spectantia ad Rubricas Missalis* nn. 233. 422. 472. 483. 524. 526. 546. 547.
- 10 * Psalmi Graduales, & Pœnitentiales dicuntur licitè, ubi est consuetudo eos dicendi, pridie Vesperis Feriæ IV. & VI. post Completorium. S. R. C. 2. Augusti 1603. in *Lauden*.
- 11 Destinatus ad regendum Chorum, non est dimovendus à Choro, ut assistat Episcopo. S. R. C. 6. Septembris 1603. in *Monopolitana*.
- 12 Oratio quæ dicitur in Festo SS. Fabiani & Sebastiani, non est alteranda, ita ut de S. Sebastiano tantum recitetur, etiam in propria Ecclesia, eidem dicata. S. R. C. 6. Sept. 1603. in *Egitanien*.
- Pro intelligentia hujus Decreti, vide ea, quæ diximus in nostris Observationibus ad *Sectionem 3. cap. 10. num. 8*. Vide etiam infra nn. 74. 210. 259. & 273.
- 13 Regularibus non convenit continuò Officium, & Horas Canonicas cum Canonicis, & Clericis Secularibus in Choro decantare. S. R. C. Novemb. 1603. in *Lerden*.
- 14 * Non est relinquendum Officium Brevariarii pro Officio devotionis. S. R. C. 29. Novemb. 1603. in *Salamantina*.
- 15 Commemoratio Sanctæ Mariæ in Suffragiis Sanctorum debet fieri in Ecclesiis eidem dicatis, etiam si ejus Officium parvum in Choro recitatum fuerit. S. R. C. 10. Januarii 1604. in *Bononien*. & 13. Junii 1682. in *una Ordinis S. Francisci*, necnon 10. Junii 1690. in *una Ordinis Min. Observ. S. Francisci*. Vide nn. 189. 190.
- 16 * Dedicacionis Festum extra actum Consecrationis, non potest amplius mutari ab Episcopo, inconsulta Sede Apostolica. S. R. C. 16. Octobris 1604. in *Ariminen*. Vide nn. 69. 83. 85. 125. 242. 243.
- 17 * Si Ecclesiæ Dedicatio accidat in Festo Nativitatis B. M. V. Officium fieri debet de Dedicacione, & duæ Missæ possunt eadem die cantari. Infra Octavam verò fiat de digniori. S. R. C. 16. Octobris 1604. in *Ariminen*.
- 18 * Episcopus Regularis debet recitare Officium juxta Ritus suæ Diocesis, non verò sui Ordinis. S. R. C. 11. Junii 1605. in *una pro Regulari promoti ad Episcopatum*.
- 19 * Cappellani Episcopi, qui cum eo recitant Officium, debent se illi conformare. S. R. C. 11. Junii 1605. in *una pro Regulari promoti ad Episcopatum*.
- 20 * Ubi viget Consuetudo immemorabilis, potest recitari Officium de Comuni pro Sanctis etiam non Canonizatis. S. R. C. 11. Junii 1605. in *Visen*. & reperitur in Rubricis Brev. Minor. Observ. n. 61. Vide nn. 61. 67.
- 21 Archipresbyter, seu alia Dignitas, non debet se intronittere in Regimine Chori, quod ad solum Cantorem, seu Primicerium pertinet. S. R. C. 3. Septembr. 1605. in *Tarentina*.

22. Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum non est celebranda, nec facienda in die Dominico, sed transferri debet in Feriam secundam sequentem. S. R. C. 24. Septembris 1605. in *Augustan.* Vide nn. 28. 93. 158. 206. 218. 220. 256. 312.
23. Officium in Choro dato signo inchoandum est, non expectato Vicario Generali. S. R. C. 25. Februarii 1606. in *Neritonem.*
24. * Non potest Episcopus extendere ad suam Diocesim Officium illud, quod fieri solet in Civitate. S. R. C. 16. Jan. 1607. in *Bojanen.*
25. Magister Ceremoniarum non potest alterare, seu mutare consuetudinem circa præintonationem Antiphonarum ad Vesperas. S. R. C. 28. Aprilis 1607. in *Suesfanen.*
26. Chorus universus ad Primam, & Completorium debet replicare *Misereatur, & Confiteor.* S. R. C. 19. Maji 1607. in *Placentina.*
27. * Servanda est antiqua & laudabilis Consuetudo, ubi recitatur in Choro Officium parvum B. M. etiam in Semiduplicibus, & Dominicis, non obstante Rubrica Breviarii. S. R. C. 1. Septembris 1607. in *Trojana.*
- Hoc Decretum est conforme Constitutioni S. Pii V. & servandum est etiam mutato proprio Breviario, & acceptato Romano, ut statuit Urbanus VIII. de Consilio S. R. C. 16. Januarii 1627.
28. * Matutinum Defunctorum pro generali eorum Commemoratione prohibitum est cantari pridie Vespere in Festo omnium Sanctorum, sed recitandum est mane die secunda Novembris post Laudes diei. S. R. C. die 1. Septembris 1607.
- Ubi adest Consuetudo recitandi Matutinum media nocte, à Clero Seculari potest dimitti, & mutari, ut recitetur albe-
- scante die, ex justa causa. S. R. C. 21. Julii 1607. in *Osien.*
29. Consuetudo, ut Hebdomadarius ad Vesperas capiat Pluviale ad Capitulum, & non à principio Vesperarum, servari potest. S. R. C. 1. Septembr. 1607. in *una Theatinorum.*
30. Antiphonæ FERIALES ad Laudes ante Nativitatem omitti possunt in Festo sollempniter celebrato, ut contingit in Festo S. Thomæ. Sed Antiphonæ MAJORES ante Nativitatem etiam in Festis sollempnibus dicendæ sunt ad *Magnificat.* S. R. C. 17. Nov. 1607. in *Brugen.*
- Hoc loco advertimus, quòd Gavantus *Secl. VI. cap. 2. num. 7.* ubi sermonem habet de prædictis Antiphonis Ferialibus ante Nativitatem Domini, asserit, Gregorium XIII. concessisse Hispanis, ut anticipent prædictas Antiphonas in die 16. Decembris, quia die 17. celebrant Festum Expectationis Partus B. V. Id quod faciendum esset in toto Statu Ecclesiastico, & ubicumque celebratur tale Festum. Verùm nunc ista anticipatio fieri non potest stante Festo recens instituto S. Eusebii Episc. & Martyris, celebrando ab Ecclesia universali sub Ritu Semiduplici; unde necessario prædictæ Antiphonæ inchoari debent die 17. Decembris, dummodo non incidat dies Dominica. Die autem 18. etsi assignatum sit Officium Expectationis Partus B. V. ad Laudes tamen dicendæ sunt prædictæ Antiphonæ FERIALES occurrentis, cum valde congruant Officio Expectationis, & proximæ sollempnitati Nativitatis, ut providè S. R. C. statuit in correctione, & approbatione Calendarii Ord. Minor. Convent. S. Francisci.
31. Usus Missalis, & Breviarii Romani semel introductus in Ecclesia, quæ habebat particulare Missale, & Breviarium, confirmandus est, nec licet redire ad usum antiqui Missalis, & Breviarii. S. R. C. 15. Martii 1608. in *Tullen. seu Nullius.*

- Ufus semel introductus, & receptus in
- 32 Ecclesia Cathedrali celebrandi Festum sollemniter de aliquo Sancto tanquam de Patrono, continuandus est, licet non sit de antiquis Patronis Ecclesie, vel in Breviario Romano de eo non fiat Officium. S. R. C. 15. Martii 1608. *in Sempronien.*
- 33 Canonicus Officium faciens ad Vesperas, non potest recusare assistentiam Clericorum in defectu Cappellanorum, vel Beneficiatorum, sub pretextu, quod Ceremoniale dicat id munus pertinere ad Cappellanos, vel Beneficiatos. S. R. C. 15. Martii 1608. *in Alexandrina.*
- 34 Episcopus ad Matutinum in nocte Nativitatis potest sedere, vel in Sede Chori, vel in Sede Episcopali, prout melius sibi videtur, & magis populo satisfaciat. S. R. C. 15. Martii 1608. *in Alexandrina.*
- 35 Sancta Eulalie Officium cum Octava, etiamsi veniat in Quadragesima, juxta antiquam & immemorabilem consuetudinem concedit S. R. C. 6. Decemb. 1608. *in Barchinonen.*
- 36 * Festum S. Caroli in Provincia Mediolanensi celebrari potest Ritu Duplici. S. R. C. 20. Novemb. 1610.
Super hoc tamen emanarunt alia Decreta, quae dantur *in Sectione septima cap. 13.*
- 37 Si occurrat Festum Annunciationis B. M. V. in Dominica secunda, tertia, vel quarta Quadragesimae, non fit Officium de Annunciatione, nisi in Ecclesiis sub invocatione Annunciationis dicatis. S. R. C. 1. Sept. 1612. *in Ulyssiponen.*
- 38 Lectiones secundi Nocturni propriae S. Corradi approbantur pro Diocesi Placentina. S. R. C. 24. Oct. 1609. Extenduntur pro Diocesi Syracusana, & in districtu, & Civitate Netina. S. R. C. 19. Maji 1614. *in Netina.* Rursus conceditur idem Officium etiam Ord. Minorum S. Francisci, & Patribus Capuccinis die 2. Aug. 1625.
- 39 Lectiones duae penultimae, quando ab Episcopo Matutinum sollemniter celebratur, sunt cantandae à duobus Canonicis, qui hinc inde assistunt Episcopo, sive sint Dignitates, sive Canonici etiam ultimi, non obstante alia consuetudine. S. R. C. 18. Martii 1617. *in Brundusina.*
- 40 Duplex Officium est recitandum de Sancto, cujus habetur insignis Reliquia, ubi asservatur, vel sit Corpus integrum, aut magna pars ejusdem, aut caput, & sit ex Sanctis approbatis, & positus in Martyrologio Romano. S. R. C. 3. Junii 1617. *in una Urbis Theatinorum.* Vide nn. 659. 60. 82. 165. 199. 259.
De Reliquia insigni Officium est solum recitandum in Ecclesia, ubi asservatur, nec aliae Ecclesiae debent se uniformare cum Cathedrali, seu Matrice. S. R. C. 12. Maji 1618. *in Conchen.*
- 41 * Sub nomine Festi novem Lectionum, venit etiam Dominica. S. R. C. 12. Martii 1618. *in Conchen.*
- 42 * Dedicatio Ecclesiae Cathedralis in Civitate celebratur cum Octava, in Diocesi verò sine Octava. S. R. C. 2. Maji 1619. *in Conchen.* Vide nn. 176. 214. 225. & 266.
- 43 Lectiones secundi, & tertii Nocturni, deficientibus Cantoribus cantandae sunt à Canonicis, incipiendo à Junioribus ad praescriptum Ceremonialis. S. R. C. 4. Aprilis 1620. *in Conversana.*
- 44 * Commemoratio de Cruce ordinaria sufficit in Ecclesiis dicatis in honorem S. Crucis pro Commemoratione Tituli Ecclesiae. S. R. C. 30. Martii 1621. *in una sub Dubio.*
- 45 * Festum S. Joseph est de praepo ubique. S. R. C. 8. Maji 1621.
- 46 * Festum S. Francisci est de praepo ubique. S. R. C. 3. Januarii 1622. Verum huic Decreto derogatum fuit ab Urbano VIII. de quo vide etiam in nostris Observationibus ad cap. 12. Sect. 7. sub die 4. Octobris.

- 47 * Festum S. Annæ est de præcepto ubique. S. R. C. 24. Aprilis 1622. ita præceptum & mandavit Gregorius XV. in sua Constitutione, quæ incipit: *Honor Laudis &c.*
- 48 * In primis Vesperis communibus diei Octavæ, & Dominicæ privilegiatæ, Vesperæ debent recitari cum Psalmis Sabbati, & à Capitulo de Dominica privilegiata, addendo in fine Commemorationem diei Octavæ. S. R. C. 9. Novembris 1622.
- Licet hoc Decretum non reperiatur in Registro Decretorum, tamen Gavantus testatur de ejus certitudine; & reperitur in Octavario Romano *tit. XI. de Concur. Offic. num. 4.* & in Rubricis Breviarii Franciscani à S. R. C. approbatis num. 49. & 97. in quibus additur, quòd in dictis Dominicis privilegiatis occurrentibus infra Octavas debet fieri Commemoratio Octavæ occurrentis, tam in primis, quàm in secundis Vesperis, & Laudibus, & omituntur Suffragia Communia, & Preces ad Primam, & Completorium.
- 49 * In fine Completorii Purificationis B. M. dicitur Antiphona *Ave Regina Cælorum.* S. R. C. 27. Julii 1624. *in una Urbi.* Vide tamen num. 114. & alios ibi indicatos.
- 50 Regulares Ordinis Minimorum, cum in Orationibus Sanctum Franciscum præfati Ordinis Fundatorem nominant, non debent adjungere de Paula. S. R. C. 23. Dec. 1624. sed melius 1629. *in una Urbi pro PP. Minimis.* Vide n. 323.
- 51 * Synbolum S. Athanasii, quod dicitur ad Primam, laudabilius in Choro recitatur stando. S. R. C. 23. Decembris 1624. *in una Dubiorum.*
- 52 * Ad Invitatorium, Antiphonas, Responsoria, & Versiculos in Officio parvo B. M. V. tempore Paschali non additur *Alleluja.* S. R. C. 28. Martii 1626. *in Tinacem.*
Gavant. Rubr. Brev.
- 53 Prima Sedes in Choro conceditur Hebdomadario parato tantum. S. R. C. 22. Augusti 1626. *in Casertana.*
- 54 * Litanie Majores, si occurrant in die Paschatis, transferantur in Feriam tertiam sequentem. S. R. C. 25. Sept. 1627. *in una Urbi.*
- 55 * Officium Stigmatum S. Francisci pro Clero est Semiduplex. S. R. C. 2. Octobr. 1627. *in una Urbi.*
- 56 * Festum Angelorum Custodum est Duplex minus. S. R. C. 2. Octobris 1627. *in una Urbi.*
- 57 * Decreta de Officiis approbatis de præcepto Sanctorum Bibianæ, Calimiri, Joachim, Catharinæ Senensis, Norberti, Hyacinthi, Ludovici, Eustachii & Sociorum, Brunonis, & Birgittæ; similiter Decreta recentiora aliorum Sanctorum usque ad Clementem XII. Vide *in Sectione VII.* suis locis propriis.
- Decreta de Officiis Sanctorum ad libitum. Vide ibidem.
- 58 * Non possunt locorum Ordinarii tam Seculares, quàm Regulares addere Calendariis etiam propriis Sanctorum Officia, nisi ea dumtaxat, quæ à Breviarii Romani Rubricis, vel à S. R. C. seu Sedis Apostolicæ licentia conceduntur, neque propria auctoritate, & quovis prætextu possunt mutare Ritus, qui habetur in Calendario Romano, seu Rubricis Breviarii, in altiorem Ritus; neque extendere concessa Officia de loco in locum. S. R. C. 8. Aprilis 1628.
- 59 Insignes Reliquiæ (quarum ratione recitari potest Officium sub Ritu duplici Min.) sunt Caput, Brachium, Crus, aut illa pars Corporis, in qua passus est Martyr, modo sit integra, & non parva, & legitimè ab Ordinariis approbata. S. R. C. 8. Aprilis 1628. Vide n. 40. & alios ibi indicatos.
- 60 Celebrari non potest per totam Civitatem, vel Diocesim, etiam de cujuscumque

- que Ordinarii auctoritate, Festum cum Officio de Sancto, eò quòd in loco adfit Ecclesia Parochialis, vel Regularis, vel Abbatialis, aut aliqua Reliquia; sed tantum in Ecclesia ipsius Sancti Titularis, seu ubi asservatur Corpus, aut insignis Reliquia, & non alibi. S. R. C. 8. April. 1628. Vide nn. 6. 40. 59. 82. 165. 199. & 259.
- 61 De Sanctis Episcopis locorum, Martyribus, Civibus, & aliis Festis, de quibus in Calendario Romano, seu Rubricis Breviarii nihil habetur, uti etiam de Beatis nondum Canonizatis, nihil propria auctoritate statuatur, sed omnino consulatur S. R. C. 8. Aprilis 1628. Vide nn. 20. 67.
- 62 * Officia non approbata damnantur. S. R. C. 8. Aprilis 1628.
- 63 * Festum Patroni Principalis loci, tenentur omnes cum Officio de eodem, etiam Regulares celebrare, sed isti ad Octavam non tenentur. S. R. C. 27. Martii 1628. in *Pistorien*. Vide nn. 77. 135. & 224.
- 64 * Officium Defunctorum non potest dici in Semiduplicibus, & Officiis novem lectionum nisi ad effectum dumtaxat satisfaciendi menti Testatorum. S. R. C. 12. Julii 1628. in *Januen*. Vide n. 129.
- 65 * Sollemniter consuevit fieri Officium, de quo Rubrica Breviarii Romani sub *tit. 1.* significat Festum Populi, aut Cleri cum pompa exteriori, apparatu, concursu, &c. S. R. C. 28. Octobris 1728.
- 66 Officia de Episcopis Sanctis locorum possunt continuari de Communi, si constaret illos fuisse Canonizatos, vel per tempus immemorabile celebratum fuisse de illis Officium, & Missam. S. R. C. die 28. Octobris 1628. & reperitur in Rubricis Breviarii Min. Observan. n. 62. Vide supra n. 61.
- 67 * De Sancto Canonizato non potest fieri Officium extra propriam Ecclesiam sine novo Decreto. S. R. C. 9. Decemb. 1628. in *Gennen*. Vide n. 20.
- 68 * Moniales in *Confiteor* ad Primam, & Completorium, ne dicant *Tibi Mater*, nec *Vobis Sorores*, sed ut in Breviario. S. R. C. 18. Augusti 1629. in *una Breviarii Romani*.
- 69 Festum Dedicationis aliarum Ecclesiarum à Cathedrali, celebrandum est tantum in ea Ecclesia, ubi Consecrationis dies peragitur. Ita S. R. C. quæ insuper declaravit non posse celebrari Festum Consecrationis illius Ecclesiæ, quam certum est non fuisse consecratam, vel dubium est; si autem constat de Consecratione, & ignoretur dies, potest Ordinarius assignare diem pro Festi prædicti celebratione. S. R. C. 18. Augusti 1629. in *Alexandrina*, & ex Rubricis Breviarii Minorum Observantium num. 82. Vide supra num. 16.
- Vide tamen Concilium Romanum celebratum anno 1725. à Benedicto XIII. *tit. 25. cap. 3.*
- 70 * Officium, & Missa S. Rocchi conceditur tantum in Ecclesiis ad ejus honorem Deo dicatis. S. R. C. 16. Junii & 26. Novembris 1629. in *Matriten*.
- 71 * Super electione Sanctorum in Patronos Decretum à S. R. C. de ordine Urbani PP. VIII. emanatum die 23. Martii 1630. datur per extensum in *Sessione 3. cap. 12.*
- 72 Breviarium Romanum denuo emendatur: in eo Hymni (paucis exceptis) qui non metro, sed soluta Oratione, aut etiam Rhythmo constant, vel emendatioribus Codicibus adhibitis, vel aliqua facta mutatione ad carminis, & latinis leges, ubi fieri potuit, revocati; ubi verò non potuit, de integro conditi sunt, eadem tamen, quoad licuit, servata sententia &c. prout videre est in Constitutione Urbani VIII. quæ incipit: *Divinam Psalmodyam &c.* edita die 20. Januarii 1631. & quæ legitur initio cujuscunque Breviarii Romani.

73 * Non possunt in Litaniis inseri alii Sancti, præter ibidem descriptos, neque tempore pestis addendi sunt Titulares, & Patroni Civitatis sine speciali concessione. S. R. C. 22. Martii 1631. in *Regien.*

74 In Ecclesia SS. Nazarii, & Celsi transferendum est Festum SS. Victoris, & Innocentii in primam diem non impeditam (post Festum SS. Nazarii, & Celsi) sub Ritu Semiduplici, sed cum Evangelio, & Oratione eorundem, in qua omittuntur Socii. S. R. C. 12. Febr. 1633. in *Mediolanen.* Vide *nm.* 12. 210. 259. 273.

75 Dum aliqua legata relinquuntur cum onere celebrandi Officium alicujus Sancti sub altiori Ritu, quàm qui à Sede Apostolica ei præscribitur, licitum erit hujusmodi Officia sollempniùs celebrare quoad pompam extrinsecam, non autem quoad Ritu Ecclesiasticum ex Decreto S. R. C. 14. Maji 1644. & reperitur in Rubricis Breviarii Minorum Observantium *num.* 155.

76 Si Festum S. Honuphrii ante Bullam Pii V. celebrabatur cum Officio, & Missa, potest continuari, si verò introductum est post Bullam, nullo modo permittendum est. S. R. C. 17. Novembris 1632. in *Conversana.*

Propositum dubium pro parte Cathedralis Hispalen. nempe de quo Festo translato potius agendum sit, an de Patrono Civitatis, qui est S. Isidorus, an verò de Titulari, qui est B. Virgo? resolutum fuit de digniori, nempe de B. M. V. ita S. R. C. 27. Augusti 1633. in *Hispalen.*

77 Ad Canonicum Hebdomadarium in Matutinis, & Vesperis spectat primam Antiphonam intonare, initium Hymnorum, Antiphonas ad *Benedictus*, & *Magnificat*; Cappellani verò tenentur eidem facere præintonationem dum est paratus. S. R. C. 5. Julii 1653. in *Lucana.*

78 De Protectore principali Civitatis debet celebrari Officium cum Octava per Civitatem, & Diocesim, S. R. C. 23. Maji 1639. in *Caven.* Eadem verò Congregatio die 26. Martii ejusdem anni, postulantis Syndico, & Electis Terræ Aquavivæ facultatem celebrandi Festum S. Antonii Patroni diestæ Terræ cum Octava, non obstante, quòd cum Octava celebrarent in eodem Oppido Festum S. Eustachii pariter Patroni, respondit: de principali dumtaxat Patrono celebrandum esse cum Octava.

Denique ab eadem Sac. Congregatione declaratum fuit: Patroni principalis Civitatis à Clero Seculari Civitatismet celebrandum esse cum Octava, à Regularibus verò sine Octava. In Diocesi autem, ubi non adsit proprius loci Patronus, similiter cum Octava, at ubi colitur Festum peculiaris Patroni, nihil de Patrono Civitatis; vel attenda consuetudine sub Ritu Duplici majori tantum sine Octava. Ita 28. Septemb. 1658. in *Calaguriana.* Vide *nm.* 63. 135. 224.

79 Recitatio Officii de Beatis non canonizatis non est satisfactoria præcepti, nisi quoad illos, quibus Sedes Apostolica de hoc indulget; nec talium Beatorum nomina poni possunt in Calendario, nisi illius tantum loci, earumque Personarum, in quo, & à quibus cultus Beati cum Officio, & Missa celebratur. S. R. C. 27. Sept. 1659. in *Decreto generali*, approbante Alexandro VII.

80 Ab eo tempore, quo Innocent. X. ad duplicem Ritu erexit Officium S. Franciscæ Romanæ, dubitari cœpit, an Festo Quadraginta Martyrum sit assignanda sedes fixa, nempe dies 10. Martii, an verò idem Festum tanquam translatum prima die non impedita sit celebrandum, quo dubio in S. R. C. proposito, hæc declaravit, assignari debere certam sedem Officio Quadraginta Martyrum, diem scilicet

10. Martii; idemque in novis Martyrologiis servari mandavit die 29. Novembris 1659. in una Rubricarum. Vide *nn.* 254. 260. 286. 287. 288. 318.
- 81 Regulares tenentur quidem celebrare Festum de Dedicacione Ecclesie Cathedralis, sed sub ritu duplici secundae classis, & sine Octava. S. R. C. 1. April. 1666. approbante Alexandro VII. die 8. ejusdem mensis, & eodem anno. Vide *nn.* 147. 225. & 266.
- 82 Episcopus non potest statuere diem Dominicam ad celebrandum Festum alicujus Sancti Martyris, de quo asservatur Reliquia insignis in aliqua Ecclesia; nec de eo celebrari debere Officium, & Missam in ipsa die sui martyrii, nisi Reliquia sit de Sancto scripto in Martyrologio Rom. & nisi constet de identitate Reliquiae ejusdem Sancti. Tibia autem non est Reliquia insignis. S. R. C. 3. Junii 1662. in una Dubiorum. Vide *nn.* 59. 165. 190. & 250.
- 83 Dum Episcopus in Consecratione Ecclesie non elegerit diem, sed consecravit eam die, &c. Mensis, &c. Anniversarium Dedicacionis debet celebrari in futurum die, quo haecenus consuetum est celebrari. S. R. C. 20. Nov. 1662. in *Albiganen.* Vide *n.* 16. & alios ibi indicatos.
- 84 Hebdomadarius in decantandis in Choro Horis Canonicis non debet uti Stola. S. R. C. 4. Augusti 1663. in una *Dalmatarum.*
- 85 Dedicatio Basilicae SS. Salvatoris extra Almam Urbem non habet integras secundas Vesperas; si concurrat cum sequenti Officio duplici minori. S. R. C. 12. Julii 1664. in una *Ordinis Minorum de Observantia.* Vide *num.* 16. & alios ibi indicatos.
- 86 Cum S. Januarius fuerit declaratus à S. R. C. Patronus principalis Regni Neapolitani, hinc die Festo dicti Sancti debet in eodem Regno fieri Officium sub ritu duplici cum Octava, sed de Sancto Januario tantum; non verò de Sociis ejusdem, quorum Officium transfertur ad primam diem non impeditam. S. R. C. 12. Julii 1664. in *Monopolitano.*
- 87 Recitantes ex legitima concessione Officium Sanctissimi Corporis Christi in quolibet Feria V. per annum non impedita Festo novem Lectionum, illud perolvere debent, ut in die ejusdem Sollemnitatis; Missam verò debent celebrare, quae est votiva de Sanctissimo Sacramento. S. R. C. 12. Julii 1664. in una *Ordinis Minorum de Observantia.*
- 88 Secundae Vesperae de die Octava non privilegiata, concurrentes cum primis Vesperis Festi duplicis, debent dimidiari, & fieri à Capitulo de Festo sequenti. S. R. C. 12. Julii 1664. in una *Ordinis Minorum de Observ.* Vide *n.* 117. & 167.
- 89 Lectiones primi Nocturni in Officio de Festo duplici majori sumenda sunt ex ejus Communi; si ex concessione non habentur propriae. S. R. C. 12. Julii 1664. in una *Ord. Minorum de Observ.*
- 90 Antiphona in Choro Cathedralis, postquam primo loco data fuerit Celebranti à cornu Epistolae, danda est secundo loco primae dignitati, sive à cornu Evangelii, sive à cornu Epistolae existenti, & sive interveniat, sive non prima Dignitas, quae sedet à dicta parte Evangelii, non obstante allegata consuetudine. S. R. C. 21. Martii 1655. in *Senogallien.* Vide *n.* 99.
- 91 In Officiis Sanctorum concessis Regularibus infra annum, puta Conceptionis B. V. M. Ordini S. Francisci, sicut etiam in Officiis Translationum, &c. Octava Benedictio erit: *Cujus Festum colimus &c.* S. R. C. 13. Febr. 1666.
- Reperitur in Rubricis Breviarii Minorum Observantium *n.* 158. Idem declaratum est pro Patribus Benedictinis; nimirum, quod xi. Benedictio in Offic. mensili S. Scho-

S. Scholasticæ, item in Officio qualibet Hebdom. de S. Benedicto, & in Officio de B. M. V. Conceptione in Sabbatis non fit dicendum: *Cujus commemorat onem &c.* sed semper dicatur: *Cujus Festum colimus &c.* ita eadem S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsfelden*.

Ex his patet, quid faciendum sit in Officiis Apparitionis, Ordinationis, Inventionis, & similibus, &c. v. g. Conversionis S. Pauli, &c. nempe in Octava Benedictione semper dicatur: *Cujus Festum colimus &c.* unde approbata non est expositio in Breviario Monastico Romano pro Officio septem Dolorum B. V. M. apposita, in qua pro XI. Benedictione legitur: *Cujus Transfixionem colimus &c.*

92 Nulla disparitas adest inter translationem Festorum Apostolorum, & illam Evangelistarum, sed occasione dictæ translationis faciendum est Officium, quod prius in Calendario proponitur. S. R. C. 18. Septembris 1666. in *Romana*. Vide num. 239.

93 Nemini licet facere Octavam pro Defunctis sine speciali Indulto Sedis Apostolicæ, neque intuitu alicujus Altaris privilegiati, licet exponere hanc Tabellam: *Indulgentia perpetua per i Morti*; sed tantum super ipso Altari privilegiato: *Altare privilegiatum pro Defunctis*. S. R. C. 13. Augusti 1667. in *Romana*.

94 Ratione communicationis privilegiorum non potest recitari peculiare Officium concessum illis Ordinibus Regularibus, de quorum privilegiis facta fuit communicatio. S. R. C. 15. Sept. 1668. in *Jaruen*. Vide num. 102. 107. 236. & 238.

95 In Officio de die infra Octavam Corporis Christi non legitur nona Lectio de Festo Simplici. S. R. C. 8. Junii 1669. in *una Dubia Rubricarum*. Vide num. 182. & 235.

Si Festum Simplex occurrerit eo die, quo fit de Festo Duplici, infra eandem

Octavam Corporis Christi, tunc legitur nona Lectio de eodem Festo Simplici. S. R. C. 12. Sept. 1671. in *Nusana*. Vide num. 182. & 235.

96 Clerici Regulares Congregationis Theatinorum possunt quotannis die 2. Februarii Officium de Purificatione B. V. M. recitare cum Octava. Clemens X. in Constitutione data 20. Augusti 1671. quæ extat in Bullario recentissimæ Editionis Rom. tom. 7. num. 75. Vide Decretum n. 114. quoad recitationem Antiphonæ: *Ave Regina Colorum*.

97 Si Festum Dolorum B. M. V. occurrat in aliud Festum altioris Ritus, transfertur in Sabbatum sequens; si verò concurrat cum Festo Annunciationis ejusdem B. M. V. Vesperæ dicuntur de Annunciatione sine commemoratione de septem Doloribus. S. R. C. 3. Septembris 1672. Vide n. 272.

98 Quamvis S. R. C. die 18. Julii 1671. annuente Clemente X. die 16. Septembris ejusdem anni, ad Dubiam, an de Sanctis ad libitum fieri possit translatio, sicut fit de aliis Sanctis, qui non sunt ad libitum, similiter translatis, responderit affirmative; nihilominus eadem S. C. habita die 2. Decembris currentis censuit prædicto Decreto non obstante, in futurum Officia Sanctorum ad libitum non esse transferenda, quando dies eorum festivitatum sunt impediti Dominico, aut aliquo die Festorum mobilium. S. R. C. 20. Decembris 1673. in *una Urbis, & Orbis*. Vide n. 122.

99 Antiphonas primas recipere in Choro, & Spiritum Sanctam invocare in Capitulo spectat ad primum Canonicum Cathedralis Ecclesiæ, quando sit constitutus in Ordine Episcopali, non autem ad primam Dignitatem. S. R. C. 17. Nov. 1674. in *Neapolitana*. Vide n. 90.

100 Habetur in aliquibus Ecclesiis Reliquia insignis alicujus Sancti, qui cum socio est

in corpore Breviarii, & uterque habent Festi Simplicis Ritum, veluti contingit in Festo SS. Gervasii, & Prothasii, quorum duæ Lectiones vitam, amborumque mortem enarrant; in quo casu, si Lectiones disjungi commodè possunt, legenda est illa de Sancto, cujus sit Officium Duplex propter Reliquiam insignem in secundo Nocturno, & hæc erit quarta Lectio. Quinta, & sexta sumendæ sunt de Communi; altera verò Lectio disjuncta poni poterit pro nona Lectione in tertio Nocturno tantquam de Sancto simplici, de quo fieri debet etiam commemoratio ad Laudes. Si verò non possunt commodè disjungi, utraque ponenda est in secundo Nocturno pro quarta, & quinta Lectione, & sexta legenda est de Communi; & in hoc casu Lectio nona pro simplici repetenda non est, fieri tamen debet de eo commemoratio. S. R. C. 16. Januarii 1677. in *Hispalen.*

101 Festum Duplex occurrens ante Octavam non privilegiatum, si est transferendum, transferri debet in diem infra Octavam. S. R. C. 30. Sept. 1679. in *una Cappuccinorum ad 2. Dubium.*

102 Regulares propter communicationem, seu participationem privilegiorum Mendicantibus, sive aliis Religionibus concessam, recitare non possunt Officia specialiter concessa alicui Religioni; ut de *Corpore Christi, &c.* & quatenus extensio petatur, omnino quoad tempus Adventus, & Quadragesimæ non est concedenda. S. R. C. 30. Sept. 1679. in *eadem Cappuccinorum ad 3. Dubium.* Vide nn. 94. 107. 236. & 238.

103 Cum in omnibus Dominiis Imperio subjectis recitetur ex Indulto Apostolico Officium proprium SS. Angelorum Custodum cum Octava mense Septembri, non est de eis recitandum etiam secunda die Octobris. S. R. C. 30. Sept. 1679.

104 Festum Semiduplex, incidens in Festo Duplici infra Octavam non privilegiatum transferendum est in diem immediatè sequentem Festo novem Lectionum non impeditam; ut fit de Semiduplici occurrente in Dominica infra Octavam non privilegiatum. S. R. C. 30. Sept. 1679. in *eadem Cappuccinorum ad 5. Dubium.* Vide infra n. 105. & alios ibi notatos.

105 De Festo translato faciendum est Officium die immediatè sequenti, etiamsi adsit aliud ejusdem dignitatis Festum, prius translatum. S. R. C. 30. Septemb. 1679. in *eadem Cappuccinorum ad 6. Dubium.*

Hujusmodi resolutionibus quamvis derogatum videatur per Decretum infra datum sub n. 191. nihilominus adhuc censentur in suo vigore, quia pluribus aliis Decretis confirmata apparent, præsertim per illud, quod exhibetur sub n. 316. in *Brugen.* Vide etiam alia Decreta data sub nn. 118. 174. 216. 226. 254. & 255.

106 Translato Festo, in cuius die conceditur Indulgentia, non transfertur etiam Indulgentia. S. R. C. 30. Dec. 1639. in *eadem Cappuccin. ad 7. Dubium.*

Hoc Decr. postea confirmatum fuit die 16. Junii 1690. iisdem penè verbis in *una Ord. S. Benedicti.* Quod quidem Decretum certum est, quando transfertur Festum quoad Officium tantum; nam si transferatur quoad Officium, & quoad Feriationem, seu quoad forum, sicut transfertur Festum Annunciationis eo anno, quo tale Festum occurrit in Feria sexta Parasceves, vel Sabbato Sancto, non desunt, qui censent transferri etiam Indulgentiam, allegando Decretum S. C. Indulgentiarum sub die 2. Julii 1674. in quo declaratur, quòd si transfertur Festum, quoad Feriationem, & Officium, transfertur etiam Indulgentia; si verò quoad Officium tantum, non transfertur Indulgentia.

107 Communicatio etiam amplissima privilegiorum unius Religionis alteri facta, non se extendit ad Officia Sanctorum. S. R. C. 16. Decembris 1679. ad 1. *dubium, ex propositis à Ministro Gene. ali. Ordinis Minorum de Observantia.* Vide n. 94. & alios ibi indicatos.

108 Officia Sanctorum, quæ de mense Decembris aliquando supersunt, transferri possunt, & fieri in prima die non impedita sequentis anni. S. R. C. 7. Decemb. 1680. in *una Canon. Regul. Lateran.* Idem declaravit die 27. Aprilis 1697. in *Florentina*, & die 27. Sept. 1698. Vide infra sub n. 207.

His tamen Decretis derogatum videtur per alia posteriora Decreta emanata die 26. Novembris 1735. in *Hispalen.* & 15. Sept. 1736. in *Toletana*, & 8. Martii 1738. quæ dantur infra sub nn. 282. 337. & 341.

109 Occurrentibus eodem die tribus Officiis ejusdem Ritus, quorum unum est de Ordine, aliud de Calendario Ecclesiæ universalis, & aliud de aliquo Sancto, cujus habetur Reliquia insignis in propria Ecclesia, faciendum est Officium de digniori, seu sollempniori, quæ vero sunt minoris dignitatis, seu sollempnitatis, transferenda sunt. S. R. C. 7. Dec. 1680. in *una Canon. Regul. Lateran.*

110 Occurrentibus eadem die duobus Festis Duplicibus infra Octavam SS. Corporis Christi, non est de translato agendum die immediatè sequenti non impedita, sed post prædictam Octavam. S. R. C. 7. Dec. 1680. in *eadem Canon. Regul.* Vide n. 198.

111 Officium Commemorationis S. Augustini, quod ex privilegio sita Congregatione Canonicorum Regularium Lateranensium semel sub Ritu Duplici in prima die mensis, in qua Festum alicujus Sancti non occurrit, fieri non potest infra Octavas

non privilegiatas, etiam si aliter fieri nequeat. S. R. C. 7. Dec. 1680. in *eadem Canon. Regul. Later. ad 6. Dub.*

Idem Officium Commemorationis Sancti Augustini fieri potest, quando habentur Officia Semiduplicia translata. S. R. C. 7. Dec. 1680. in *eadem Canon. Regul. ad 7. Dubium.*

Verùm huic ultimo Decr. derogatum videtur per aliud emanatum die 20. Martii 1706. Vide n. 237.

112 Officium particulare alicujus Diocesis, vel Religionis, quod occurrit die 25. Februar. est transferendum in Anno Bissextili ad primam diem non impeditam Officio novem Lectionum (nisi esset Festum Tituli, seu Patroni Ecclesiæ) ut fiat Officium S. Mathiæ Apostoli. S. R. C. 7. Dec. 1680. in *eadem Canon. Lateran. ad 9. Dubium.*

113 Si occurrat Officium novem Lectionum de pluribus Sanctis Virginibus, & Martyribus eo die, quo cadit Festum Simplex ejusdem qualitatis, servanda est pro Commemoratione simplicis, Antiphona: *Istarum est Regnum Cælorum &c.* ut in Festo SS. Perpetuæ, & Felicitatis Virginum, & Martyrum. S. R. C. 7. Decembris 1680. in *eadem Canon. Regul. ad 11. Dubium.*

114 Occurrente Festo Purificationis B. M. V. in Dominicis Septuagesimæ, vel similibus aliis privilegiatis, ita ut illius Officium ex hoc contingat transferri, non est ob id protrahenda etiam recitatio Antiphonæ: *Alma Redemptoris.* Sed die secunda Februarii post Completorium, illa dimissa, sumenda est Antiphona *Ave Regina Cælorum*, sublato quolibet alio asserto difformi quarumcumque Ecclesiarum usu, sive consuetudine; ita ab omnibus, qui Romano Breviario utuntur, pariformiter servari mandavit S. R. C. 11. Januarii 1681. in *una Urbis, & Orbis.*

Hoc

- Hoc Decretum confirmatum fuit per alia Decreta infra posita sub nn. 179. 223. & 232.
- 115 Si eadem die occurrant duo Officia, quorum unum sit particulare Ordinis, alterum verò sit descriptum in Calendario Ecclesiæ universalis, & utrumque sine Sollemnitate, cum eodem Ritu, transferendum est Officium de Calendario Ecclesiæ universalis, & recitandum Officium Sancti proprii, dummodò sit antiquior ex concessione. S. R. C. 2. Martii 1681. *in una Canonico-um Regularium Lateranen. ad 1. Dub.* Vide nn. 109. 194. 209. Vide etiam nn. 227. 315. 322. Hæc tria Decreta utpote posteriora derogant aliis mox indicatis.
- 116 Officium Angelorum Custodum concurrens cum alio Duplici minori debet habere integras Vesperas. S. R. C. 1. Martii 1681. *in eadem Canon. Regul. Lateran. ad 2. Dubium.*
Hoc tamen Decretum discordat ab alio quod datur sub n. 208. sed consonat aliis datis sub nn. 245. 277.
- 117 Dies Octavarum Assumptionis, Nativitatis, aliarumque Festivitatum B. M. V. Octavam habentium, concurrentes cum Officio duplici Minori, habere debent integras Vesperas, ut disponit Rubrica ultimo posita in Officio Octavæ Conceptionis; si concurrat cum S. Lucia. S. R. C. 1. Martii 1681. *in eadem Canon. Regul. ad 3. Dubium.* Vide n. 167.
- 118 Decisum jam fuit (nempe die 30. Septembris 1679. n. 105.) quòd de Festo translato faciendum sit Officium die immediate sequenti, non impedita, etiam si adsit aliud ejusdem Dignitatis Festum prius translatum, non tamen idem intelligendum est, si adsit aliud Festum, seu Officium majoris Ritus prius translatum, S. R. C. 1. Martii 1681. *in eadem Canon. Regul. ad 4. Dubium.*
- Pro intelligentia primæ partis hujus Decreti, in quo sermo est de Officio seu Festo cadente infra Octavam non privilegiatam, vide Decretum infra sub n. 226. in quo statuitur, quòd de Semiduplici transferendo fiat die immediate sequenti non impedita, etiam si adsit reponendum Officium, quod sit majoris Ritus. Ceterum de aliis Officiis transferendis, quæ occurrunt extra Octavam, vide Decretum positum sub num. 316. necnon alia Decreta indicata sub n. 105.
- 119 Officia concessa semel in Hebdomada, ut de Conceptione B. M. in Sabbato, vel SS. Corporis Christi in Fer. 5. non sunt celebranda in Adventu, Quadragesima, IV. Temporibus, nec in Vigiliis. ita S. R. C. 1. Martii 1681. *in eadem Canon. Regul. Later. ad 6. Dubium.*
- 120 Ubi Festum S. Thomæ Episcopi Cantuariensis, & Martyris celebratur sub Ritu Duplici, si occurrerit in Dominica, recitandum erit Officium de Sancto cum Commemoratione Dominicæ, & die 30. Decembris agendum de die infra Octavam Nativitatis. S. R. C. 1. Martii 1681. *in eadem Canon. Regul. ad 7. Dubium.*
- 121 Dies Octava cujuslibet Festi quia non transfertur, excludit, & transferri facit quodlibet Festum Duplex sive majus, sive minus, solisque cedit Festis sollempnibus primæ, vel secundæ Classis, nisi sit Octava privilegiata qualis est Octava Epiphaniæ, de qua in Rubr. Generalibus; hinc apud Franciscanos, ubi Festum Sanctæ Elisabeth Regine Ungariæ celebratur cum Octava, Festum Beate Delphinæ occurrens in die Octava, licet sit Duplex majus, transferri debet in primam diem non impeditam. Ex Decreto S. R. C. 1. Martii 1681. & reperitur in Rubr. particularibus Breviarii Minorum Obier. sub n. 31.

Hoc Decretum concordat cum Rubr. Generalibus Breviarii Romani, quæ habentur *tit. X. de translatione Feflorum n. 2.* & in Octavario Romano plures exhibentur casus transferendi Duplicita majora occurrentia in diebus Octavis, v. g. die Octava Maii translato Feflo Apparitionis S. Michaelis Archangeli habente Ritu Duplicem majorem, ordinatur Officium de die Octava Sanctorum Apostolorum Philippi, & Jacobi. Vide etiam infra Decreta huic conformia, quæ dantur sub n. 216. & 244.

122 Cum aliàs S. R. C. decreverit Officia Sanctorum ad libitum non esse transferenda, quando dies eorum Festivitatum sunt impediti die Dominico, aut aliquo alio die Feflorum nobilium; Quæfitum fuit declarari, quæ Regula fervanda fit, quando occurrunt eodem die cum Officiis Sanctorum Kalendarii proprii, vel translatis, vel demum semel per Hebdomadam, vel per Mensem recitari concessis? Et Sacra eadem Congregatio respondit, prædicta Officia Sanctorum ad libitum, etiam duplicita, occurrentia in diebus Dominicis, Octavis, & Natalitiis Sanctorum alicujus Religionis, vel Diocesis, ex vi Kalendarii proprii à Sede Apostolica approbatis, quamvis sub Ritu Semiduplici celebrandis, non esse transferenda, sed omitti debere. Si autem occurrant eodem die, in quo aliàs aliquod Festum translatum poni deberet, tunc liberum fore declaravit eadem Officia ad libitum recitare, & Officium translatum ulterius ad aliam diem non impeditam transferre, prout etiam omisso Officio, quod semel per hebdomadam, aut per mensem ex Apostolico Indulto recitari concessum est, Officium ad libitum eodem die occurrens recitari posse decrevit. Et ita ab omnibus, qui ad horas Canonicas tenentur, fervari mandavit S. R. C. 24. Januarii 1682. in *Decreto Gavani, Rubr. Brev.*

Generali. Vide nn. 125. 125. 132.
123 Qui habent privilegium celebrandi Octavas in Quadragesima, occurrente die infra Octavam in Feria IV. Cinerum, nullam debent facere Commemorationem de Octava, neque in Laudibus, neque in Missa. S. R. C. 24. Januarii 1682. in *Marficana ad primum Dubium.* Vide n. 324.

124 In Officio Feriæ IV. Cinerum relinquendo Commemorationem Octavæ, debent Privilegiati dicere Preces, Psalmos Graduales &c. & fervare omnino Rubricas dictæ Feriæ IV. Cinerum S. R. C. 27. Januarii 1682. in *eadem Marficana ad secundum Dubium.*

125 Religiosi tenentur celebrare sub Ritu Duplici primæ Classis cum Octava Festum tam de Dedicatione, quam de Titulari Ecclesiæ illius Conventus, in quo morantur; & sub eodem Ritu Duplici primæ Classis tenentur recitare de Patrono Principali loci, & de Titulari Ecclesiæ Cathedralis tantum; ad Octavam autem non tenentur, juxta pluries resoluta: De aliis autem Patronis minus principalibus non tenentur recitare, nisi sint descripti in Kalendario Romano, vel in dictorum Religiosorum proprio. Cæterum de Officiis, quæ ab Apostolica Sede concessa sunt, vel concedentur recitanda ad libitum à toto Clero tam Seculari, quam Regulari utriusque sexus in aliquo Regno, Provincia, Diocesi, vel loco, in quibus dicti Religiosi morantur, possunt quidem ad libitum de ipsis recitare, sed si aliquod ipsorum occurrat in die in eorum Kalendario impedita Feflo novem Lectionum, debent illud ad libitum omittere, & recitare de Sancto in eorum Kalendario occurrente, ad formam Decreti declarativi alterius Decreti de Sanctis ad libitum non transferendis, emanati die 24. Januarii 1682. S. R. C. 13. Junii 1682 in *una Ordinis Minor. de Observan-*

D d d

van-

- van. Vide suprà sub nn. 16. 69. 83. & 122.
- 126 Si Officium ad libitum non poterit celebrari, & habuerit etiam Ritus Simplicem de præcepto, eo anno non omitatur, sed celebretur Ritu Simplici. S. R. C. 13. Jun. 1682. in una Ordinis Minorum de Observan.
- 127 In Repositione duorum, vel plurium Festorum eundem Ritus habentium, & diversa die occurrentium, attendatur prioritas translationis, nisi attendenda sit major dignitas, quæ attendi debet in illis tantum Festis, quæ exprimentur in Rubricis Generalibus de Translatione Festorum n. 7. & de Concurrentia Officiorum sub n. 2. ab illis verbis: *Inter Festa aequalis Ritus &c.* Ita S. R. C. 13. Junii 1681. in una Ordinis Minorum de Observantia. Vide nn. 134. 137. & 171.
- 128 Quando contingit transferri Festum alicujus Sancti Confessoris à die sui obitus in diem proximè sequentem, si fiat à Capitulo de ipso, tunc in primis suis Vesperis dicitur in Hymno: *Meruit beatas scandere sedes,* & in reliquo Officio diei sequentis debet continuari idem Versus. S. R. C. 13. Januarii 1682. Vide ea quæ diximus in nostris Additionibus ad cap. 2. Sect. 7. sub die 3. Decembris. Vide n. 223.
- 129 Officium Defunctorum dici potest in Choro separatim ab Officio diei in diebus exceptis in Breviario pro adimplenda Testatorum voluntate. S. R. C. 12. Augusti 1682. in Triventina.
- 130 Dies Natalitii, si omnes habendi sunt, qui licet verè non sint dies obitus, tamen ex Decreto Apostolico assignati sunt Festivitati alicujus Sancti veluti fixi, & veluti propria eorum sedes. S. R. C. 28. Novembris 1682. in Neapolitana ad primum Dubium.
- 131 Ex prædictis Decretis non intelligitur, neque est revocata concessio, prout asseritur, Civitati Neapolitanæ particuliter facta, recitandi scilicet ad libitum Officium S. Mariæ Ægyptiacæ die secunda Aprilis, quamvis occurrat in Festo Natalitio S. Francisci de Paula, quod ob hanc causam in aliam diem in proprio Calendario translatum fuerat. Verum si præfatum Officium S. Mariæ Ægyptiacæ eo die aliquando juxta Rubricas recitari nequeat, tunc & ea causa non esset transferendum, sed omitteri deberet. S. R. C. 28. Novemb. 1682. in Neapolitana ad secundum Dubium.
- 132 Circa dubium Decreti sub die 24. Januarii anno 1682. emanati, in quo habetur, ut Officia Sanctorum ad libitum etiam sub Ritu Duplici in diebus Dominicis, & Octavis occurrentia non possint transferri, sed omitti debeant, quæsitum fuit: An illa verba in Octavis intelligi debeant de die proprio Octavæ, vel de tota Octava, & an de qualibet Octava, vel saltem de Octavis privilegiatis? S. R. C. respondit, verba illa intelligenda esse de tota Octava, & de quacumque Octava, 28. Novembris 1682. in Faventina ad primum Dubium, & idem confirmatum fuit die 30. Maji 1699. in Ulyssiponen. Vide n. 154.
- 133 Ubi habetur, quod prætermisso Officio semel in Hebdomada, vel in Mense, ex Indulto Apostolico recitando, recitari possit Officium ad libitum eadem die occurrens; Quæsitum fuit, an illud verbum prætermisso intelligi debeat de intermissione illius diei, quo occurrit, vel prætermittendum sit omninò infra totum illum mensem? & responsum fuit, consideranda esse verba Indulti Apostolici, eaque servanda, prout sonant. S. R. C. 28. Novembris 1682. in eadem Faventina ad tertium Dubium.
- 134 Quando transfertur Officium Patriarchæ S. Josephi, & Annunciationis B. M. V. ambo secundæ Classis, quocumque in contrarium non obstante, prius debet trans-

transferri, & recitari Officium de Annunciatione, & postea de S. Josepho. S. R. C. 28. Novembris 1682. in *Faventina*, & deinde idem confirmavit die 30. Junii 1689. in *Vigilien.* & denique die 14. Julii 1692. in Decreto Generali dato sub num. 171.

In eadem Faventina ab eadem Congregatione interdictum fuit omnibus & singulis assignari diem fixum Sanctis translatis sine speciali Decreto Sac. Congregationis; sed super hoc videnda sunt Decreta inferius danda sub n. 254. & 260. & alia ibi indicata.

135 Regulares non possunt uti Calendario Diocesano, tenentur tamen ad recitationem Officii Patroni Principalis loci, ac Titularis Ecclesie Cathedralis, sed ad eorundem Octavas celebrandas non tenentur. S. R. C. 20. Martii 1683. in *una Ordinis Minorum Observan. ad 1. Dub.* Vide infra nn. 141. 142. & 224.

136 Regulares possunt, & debent recitare Officia ad petitionem Regum, & Principum recitari concessa in aliquibus Regnis, Provinciis, Ditionibus &c. à toto Clero tam Seculari, quam Regulari. S. R. C. 20. Martii 1683. in *eadem ad secundum Dubium.*

137 In occurrence aliquorum Officiorum quæ recitari debent in aliquibus Regnis cum propriis Calendariis Ordinis Regularis, servanda est Rubrica de *Translatione Fessorum* in dispari Ritu, vel Dignitate. S. R. C. 20. Martii 1683. in *eadem ad 3. Dubium.* Vide n. 127.

138 Si Officia, quæ recitari debent in aliquibus Regnis, sint ejusdem Ritus, & Dignitatis, an sit præferendum Officium loci, Officium in proprio Religionis Calendario descripto? resolutum fuit præferendum esse Officium quod cum majori Sollemnitate, & Populi concursu celebratur, ad formam Rubricæ de *Translatione Fessorum* n. 6. S. R. C. 20. Martii

1683. in *eadem ad quartum Dubium.* Vide n. 157. Hoc Decretum valde confert ad confirmandas doctrinas, quas tradidimus in nostris Observationibus ad *cap. 10. Sess. 3. n. XIII.*

139 Quando aliqua ex Officiis concessa, sunt recitanda in diebus Dominicis v. g. de B. M. V. de Mercede, de Sanctissimo Rosario, de Patrocinio B. M. V. & si quæ alia sunt similia; si aliqua ex dictis Dominicis impediatur aliquando ab alio Officio majoris Ritus, vel Dignitatis, in tali casu dictum Officium ex supra concessis, non potest transferri ad aliam Dominicam, vel ad primam diem non impeditam, sed debet omitti. Ita S. R. C. 20. Martii 1683. in *eadem ad quintum Dubium.*

Verùm, cum Officia B. M. V. de Mercede, & SS. Rosarii sint modò ubique de præcepto recitanda; Hinc mox adducta dispositio quoad hæc duo Officia non est attendenda, sed transferri possunt in aliam diem non impeditam. Vide Decreta inferius posita sub nn. 156, 265, 278, 279. & 311.

140 Quando Officium de Septem Doloribus B. M. V. in Feria VI. post Dominicam Passionis occurrit cum alio Officio majoris Ritus, tunc eo Anno debet omitti, nisi tamen alibi S. R. C. aliter in concessione indulserit. Ita S. R. C. 20. Martii 1683. in *eadem ad VI. Dub.* Nunc verò attendendum est recens Decretum Generale emanatum die 25. Januarii 1718. quod inferius datur sub n. 272.

141 Cum ex declaratione S. C. Regulares teneantur recitare Officium de Patrono Principali loci, dubitabatur an sub *ly loci* comprehendatur etiam Patronus Principalis Regni, vel Provincia, de quo concessum est ab Apostolica Sede, ut à Clero tam Seculari, quam Regulari in dictis locis recitetur; sed declaratum fuit, comprehendendi etiam dictos Patronos, si liquidò constet de concessione Apostolica, Ita

- S. R. C. 20. Martii 1683. in eadem ad 7. *Dubium.*
- 142 Disponente S. R. C. quod Regulares ad Octavas Patroni Principalis non tenentur, quæsitum fuit, an ly *non tenentur*, excludat etiam libitum, ita ut Regulares non possint de dicta octava recitare, si velint? Responsum fuit, excludi etiam libitum, & non posse, nisi id specialiter ipsis Regularibus indultum fuerit ex vi concessionis Apostolicæ, vel Constitutionis Religionis ab Apostolica Sede approbatæ. S. R. C. 20. Martii 1683. in eadem ad 8. *Dubium.* Vide nn. 63. 135. 147. 215. & 224.
- 143 Nomine Episcopi Ruremundæ quæsitum fuit à S. R. C. declarari, an Invitatorium: *Hodie si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra* -- Tempore Passionis in Quadragesima debeat cantari, sicut alia Invitatoria extra tempus Passionis, scilicet sexies integrè, & ter imperfectè, hoc modo post versum: *Quadragesima annis proximus sui &c. Hodie si vocem Domini audieritis nolite obdurare corda vestra* -- & omisso *Gloria Patri &c. nolite obdurare corda vestra*, & iterum repetatur integrè: *Hodie si vocem Domini audieritis, nolite obdurare* & S. R. C. respondit omisso *Gloria Patri &c.* & nolite obdurare corda vestra, repeti debere integrè Invitatorium. *Hodie si vocem Domini &c.* Ita 4. Julii 1683. in Ruremunden.
- An per Decreta de non transferendis, sed omittendis Officiis SS. ad libitum, quando dies eorum Festivitatum sunt impediti alto Officio novem Lectionum de præcepto, nempe diebus Dominicis, Octavi, & natalitiis Sanctorum &c. eo prehendantur, & revocentur concessiones Officiorum ad libitum ab Apostolica Sede peculiariter factæ, & fixæ diebus, qui ab eadem jam alteri Festo, & Officio novem Lectionum in Calendario Romano erant assignati, recitandi scilicet ad libitum Officium S. Elisabethæ Reginae Portugallie die 4. Julii, Officio Octavæ SS. Apostolorum Petri, & Pauli in Calendario Romano jam impedito; S. R. C. respondit, prout aliàs in Neapolitana die 28. Novembris 1682. non comprehendi. Verùm si prædictum Officium eo die juxta Rubricas recitari nequeat, tunc eo casu non esse transferendum, sed omitti debere. Ita S. R. C. di 20. Octobris 1683. in una *Dubiorum.* Hoc Decretum non attinet ad S. Elisabethæ, cum sit nunc de præcepto, & celebretur die 8. Julii, attamen potest adduci pro exemplo in similibus.
- 144 Quando pro aliquo Festo, vel Officio concessus reperitur Ritus Duplex absque expressione Majoris, vel Minoris, concessio intelligenda est de Duplici Minori, etiamsi ad honorem Deiparæ facta fuerit. S. R. C. 2. Octobris 1683. in *Valentina*, & 20. Novembris ejusdem anni in *Lauden.* Et reperitur in Rubricis Breviarii Min. Observ. sub n. 31.
- 145 Dum dicenda sunt Suffragia Sanctorum in locis gaudentibus duobus, vel pluribus Patronis Principalibus, facienda est Commemoratio tantum de Patrono Principaliori. S. R. C. 20. Novemb. 1683. in *Lauden.* & reperitur in Rubricis supradicti Breviar. n. 102.
- 146 Quando in Indultis, & Decretis super concessione Officiorum leguntur verba illa: *recitari posse, fieri posse*: ita intelligenda sunt: ut nihil significant, præter Officia ad libitum, quibus omnino competit Decretum die 24. Januarii 1682. pro Sanctis ad libitum emanatum. S. R. C. 20. Novembris 1683. Vide tamen n. 278.
- 147 Moniales Ordinariis locorum subjectæ non tenentur recitare Officia particularis Diocæsum, tenentur tamen recitare de Patrono principali loci, & de Titulari Ecclesiæ Cathedralis, nec non de

- eiusdem Ecclesie Dedicatione, non verò de eorundem Festorum Octavis. S. R. C. 20. Novembris 1683. in *Lauden.* Vide *nn.* 84. 142. 25. & 265.
- 148 Festum Nominis B. M. V. celebrari Dominica infra Octavam Nativitatis eiusdem B. M. V. sub ritu duplici majori, quotannis in Ecclesia universali ab omnibus utriusque sexus Christianis fidelibus tara Secularibus, quam Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, demandavit S. R. C. 20. Novembris 1683. approbante Innocentio XI. die 25. eiusdem mensis, eodemque anno; sub die verò 5. Februarii 1684 approbavit eadem S. R. C. Missam propriam, nec non Officium. Vide *nn.* 152. 155. & 156.
- 149 In Concurrentia Festorum S. Antonii Patavini Confessoris, & S. Basilii Episcopi, & Confessoris, quæ Panormi ex Indulto Apostolico sub ritu majori celebrantur, Vesperæ dimidiandæ sunt, & faciendum à Capitulo de sequenti cum commemoratione præcedentis. S. R. C. 17. Junii 1684. in *Panormitana.*
- 150 Concurrente Sancto antiquiori Patrono Civitatis cum alio Sancto recentiori pariter Patrono, nulla habenda est ratio de posterioritate Patronatus; unde Vesperæ dimidiandæ sunt. S. R. C. 17. Junii 1684. in *Panormitana.*
- 151 In Ecclesiis Titularibus B. M. V. inter Sanctorum Suffragia facienda est commemoratio de B. M. V. non obstante, quòd in Choro recitetur eiusdem Officium parvum. S. R. C. 17. Junii 1684. in *una Urbis*, & 14. Augusti 1691. in *Romana Dubiorum.* Vide *nn.* 15. 189. & 190.
- 152 In Festo Sanctissimi Nominis B. M. V. non est facienda commemoratio de eiusdem Nativitate, & in secundis Vesperis de Nativitate cadentibus in Sabbato, non est facienda commemoratio de prædicto Sanctissimo Nomine. Ita S. R. C. 23. Septembris 1684. in *Decreto generali.* Vide *n.* 155.
- 153 In occurſu non licet transferre Officium proprium Ordinis, vel Diocæſis causa faciendi ad libitum aliud. S. R. C. 2. Decembris 1684. in *una Canonicoꝝ Regul. Lateran. ad 10. Dubium.* Vide *n.* 122.
- Si Festum Exaltationis SS. Crucis occurrat in Dominica infra Octavam Nativitatis B. M. V. in qua celebrandum est Festum Sanctissimi Nominis B. M. V. tunc Officium Nominis B. M. V. transferendum est ad primam diem Festi novem Lectionum non impeditam. S. R. C. 20. Julii 1686. in *una Dubiorum.*
- 154 In die infra Octavam non potest fieri Officium licet occurrans de Sancto ad libitum, S. R. C. 2. Decembris 1684. in *eadem Canon. Reg. ad 14. dubium.* Vide *nn.* 168. & 174.
- 155 Si Festum Sanctissimi Nominis B. M. V. quod sub ritu duplici majori celebrari debet Dominica infra Octavam Nativitatis eiusdem, occurrerit in die Octava dictæ Nativitatis; Officium erit de dicto Sanctissimo Nomine, omiſſa in utrisque Vesperis, & Laudibus commemorat, de prædicta Octava Nativitatis. S. R. C. 15. Novembris 1685. annuente Innocentio XI. 24. eiusdem, in *una Officii Nominis B. M. V.* Vide *n.* 152.
- 156 Festum Nativitatis S. Johannis Baptistæ præferri debet Festo Dedicationis Ecclesie, & habere integras secundas Vesperas cum commemoratione tantum sequentis. In Festo autem Dedicationis Vesperæ sunt dimidiandæ, & à Capitulo debet fieri de Sanctis Patronis cum commemoratione Dedicationis, ut in utroque casu præſcribitur in Rubrica de Concurrentia *num.* 2. versu *inter Fsta.* Ita pariter infra Octavas dict. Festorum, nempe S. Johannis Baptistæ, & Dedicationis, &c. facienda

- dum est Officium de Octava S. Johannis Baptistæ cum commemoratione Octavarum Dedicacionis, & SS. Patronorum, seu Titularium Ecclesiæ, ut in Tabella de Concurrentia n. 7. & Gav. in Rubr. *Scil. 3. a. 8. n. 6.* Ita S. R. C. 21. Augusti 1688. in una *Aquilejen.* In cujus Cathedrali tria Festa sollempnia successivè celebrantur; die 24. Junii Festum S. Jo. Baptistæ; die 25. Dedicacionis ejusdem Ecclesiæ; die 26. SS. Jo. & Pauli Titularium, & Patronorum dictæ Ecclesiæ.
- 157 In concurrentia plurium Officiorum æqualis Ritus, sive Martyrum, vel Confessorum, aut Virginum, vel Viduarum, minimè attenditur dignitas eorum, sed præferenda sunt Festa posteriorum, si celebrentur pompa sollempniori, aut sint ex illis Festis, quæ celebrantur in propriis locis, & Ecclesiis; & hoc juxta verba Rubricæ de *Concur. Officii tit. 11. num. 2. inter Festa æqualis Ritus, &c.* S. R. C. 20. Julii 1686. in *Tridentina.* Vide n. 138. Hoc pariter Decreto confirmantur ea, quæ diximus *cap. 10. scil. 3. num. XIII.*
- 158 In Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum potest fieri Officium de Festo Duplici minori, sed Missæ sunt celebrandæ de *Requiem.* S. R. C. 1686. in una *Urbis,* & 27. Septembris 1696. in una *S. Germani Montis Cassini.* Vide infra nn. 218. 257. & 312.
- 159 Occurrente eadem die Festo novem Lectionum Calendarii particularis cum altero Festo Calendarii universalis, quæ tamen sint ejusdem Ritus, prius recitari de Festo Calendarii particularis, & postea universalis. S. R. C. 22. Januarii 1689. in *Senogallien.* Vide num. 115. & alios ibi indicatos, & tamen numeris 286. 287. 288. & 312.
- 160 Si Festum SS. Annunciationis B. M. V. occurrat in Feria VI. in Parasceve, vel in Sabbato Sancto, transferatur unâ cum præcepto audiendi Missam, & vacandi ab operibus servilibus ad Feriam secundam post Dominicam in Albis, etiam quocumque alio Festo impeditam: ita ut eadem Feria, prædicto casu eveniente, perpetuis futuris temporibus pro sede propria, & fixa, memorato Festo Annunciationis assignata, & stabilita intelligatur; & in illa eo prorsus modo, & forma præfatum Festum quoad Officium, & Missam celebretur, quibus propria die vigesima quinta Martii in Calendario Romano appositum celebraretur: protractis ad aliam diem non impeditam juxta Rubricas Breviarii Romani omnibus aliis Festis in eadem Feria occurrentibus, quæ non sint altioris Ritus. S. R. C. 11. Februarii, & 11. Martii 1690. approbante etiam Alexandro VIII. Vide quæ super eodem Decreto dicta sunt in primo Tomo. Vide etiam n. 171.
- 161 In Patronorum, sive Protectorum præcedentia servandus est ordo Hierarchiæ Ecclesiasticæ, & inter ordinem Hierarchicum attendenda est anterioritas in electione. S. R. C. 11. Martii 1690. in *Lycien.* Vide n. 149.
- 162 In Ecclesiis Titularibus sub invocatione S. M. Angelorum, Officium cum Missa faciendum est ut in Festo S. M. ad Nives, sed Lectiones secundi Nocturni sumendæ sunt à secundo Nocturno diei Nativitatis ejusdem B. V. mutato verbo *Natali* in verbum *Festivitate.* S. R. C. 10. Junii 1690. in una *Ord. Min. Observ.* & reperitur in Rubricis Breviarii n. 174. Vide etiam Decretum emanatum 14. Maji 1707. in *Parisien.* ad 2. & 3. *Dubium.*
- 163 Non licet aliquid ex devotione, seu auctoritate privata miscere, mutare, vel apponere inter ea, quæ integrant Officia cujusvis diei, quia in Officiis Sanctorum nihil est addendum, vel immutandum, nisi à S. Sede Apostolica concessum fuerit.

- rit. S. R. C. 10. Julii 1690. in una Ordinis S. Benedicti.
- 164 Festa Sanctorum celebranda sunt eo die, quo cadunt. Verum si incidunt in diem impeditam, transferenda sunt in alteram diem non impeditam, juxta Rubricas Breviarii Romani, neque immutari possunt de licentia Ordinariorum, ut pluries decrevit S. R. C. & signanter 14. Novembris 1620. in *Alben.* 22. Novembris 1631. in *Toletana* 3. Decembris 1630. in *Syracusana*. 2. Septembris 1690. in *Panomitana*.
- 165 Officia Sanctorum ratione Corporis, seu Insignis Reliquiae recitanda, intelligi debent de Sanctis dumtaxat in Martyrologio Romano descriptis, & dummodo constet de indentitate Corporis, seu Reliquiae Insignis illiusmet Sancti, qui reperitur in Martyrologio Romano descriptus. De ceteris autem Sanctis in praedicto Martyrologio non descriptis, aut quibus a S. Sede non fuerit specialiter concessum, Officia recitari, & Missae celebrari non debent, non obstante, quod ipsorum Corpora, vel Insignes Reliquiae in Ecclesiis afferrentur: Quibus tamen ab Ordinariis Locorum approbatis, debita Fidelium veneratio (prout haecenus servatum est) exhibeatur, sed absque Officio, & Missa, sub poenis de non satisfaciendo praecepto recitandi Officium, aliisque in Constitutione Beati Pii V. contentis. S. R. C. 11. Aug. 1691. in *Decr. Gen.* approbante Innoc. XII. Vide nn. 6. 40. 59. 60. 82. 199. & 259.
- 166 Sanctorum Officia, Concessionem, Lectiones, Orationes, Antiphonae, & Responsoria, aliaque hujusmodi, in posterum a Typographo Camerali dumtaxat imprimantur; & inhibetur omnibus impressoribus, seu Typographis tam in Urbe, quam extra urbem Locorum, dicta Officia imprimere, nisi facultate in scriptis accepta ab Inquisitoribus haereticae prae-
- vitatis, si inibi fuerint, sin minus, a Locorum Ordinariis, qui quidem facultatem hujusmodi non prius concedant, quam Originale sumptum S. Congregationis, vel exemplar Typographi Cameralis autenticum manu Secretarii ipsius Sacrae Congregationis, & Sigillo obsignatum ipsis exhibeatur, quod exemplar in nihilo prorsus immutatum, nihilque in eo additum sive detractum in eo imprimi debeat. Ita decrevit S. R. C. die 11. Augusti 1691. approbante Innoc. XII. sub die 19. Octobris ejusdem anni.
- 167 Quaecunque dies Octava B. M. V. debet habere integras utrasque Vesperas in concurrentia cum Officio Duplici Minori. Ita S. R. C. 11. Augusti 1691. in *Romana Dubiorum*. Vide n. 117.
- 168 Officia ad libitum occurrentia infra Octavas non privilegiatas etiam particulares, & propriae Religionis, omittenda sunt, S. R. C. 11. Augusti 1691. in *Romana Dubiorum*. Vide infra sub n. 174.
- 169 In Feria VI. post Octavam Ascensionis potest fieri de Officio Semiduplici translato. S. R. C. 11. Augusti 1691. in *Romana Dubiorum*.
- 170 A die 17. Decembris inclusivè, usque ad vigiliam Nativitatis Domini exclusivè, fieri potest quodcumque Officium Duplex, vel Semiduplex, occurrens, vel translatum, sed in utriusque Vesperis pro Commemoratione Ferae dicantur Antiphonae majores tunc occurrentes. S. R. C. 17. Maji 1692. in *Florentina*. Idem statutum fuit 5. Martii 1644. in *Neapolitana*.
- 171 Etsi secundum Regulas Breviarii Romani, cum plura Festa aequalis Ritus transferenda sunt, unum ante aliud transferri debeat eo ordine, quo erant celebranda propriis diebus: Attamen quia eo Anno (de quo supra 1690. 11. Februarii, & 11. Martii) specialis prerogativa concessa fuit

suis translationi Festi Annunciationis B. M. V. Matris Dei incidentis in Feriam VI. Parasceve, vel Sabbatum Sanctum: idcirco ob specialem reverentiam Dominicæ Incarnationis hoc speciali privilegio decoratur idem Festum Annunciationis, nimirum ut quotiescumque contigerit Festum prædictum, etiam quoad solum Officium, post Octavam Paschæ transferri, idem cæteris semper Festis æqualis Ritus præponatur, licet temporis ordine sit in Calendario posterius illis. S. R. C. 14 Junii 1691, in *Decreto Generali*. Vide num. 134.

Animadvertendum est, quod cum hæc præcedentia Translationis sit privilegium speciale Annunciationi dumtaxat concessum ob Incarnationis Mysterium, non est extendendum ad alia Officia: immo prioritas temporis & ritus æqualitas, quæ cedunt Officio prædictæ Annunciationis ob rationem in Decreto allatam, cedere non debent aliis ejusdem B. M. V. Festivitatibus sine novo Decreto; nam ante hujusmodi privilegium, citra ullum scrupulum reponebatur prius Festum S. Josephi, deinde Festum Annunciationis.

Reponenda igitur sunt Festa prius translata, deinde cætera, etiam si Beatissimæ V. quæ posterius occurrunt, si sint ejusdem Ritus. Et hoc majori ratione dicendum est de aliis Officiis ejusdem omnino ritus, & dignitatis.

Animadvertere etiam est, quod cum per hoc Decretum non detur præcedentia Annunciationi, nisi in concursu aliarum Festivitatum translatarum ejusdem ritus, non est necessario reponenda dicta Annunciatio in Feria 2. post Dominicam in Albis, si in ea feria occurrat Festum Duplex, vel Semiduplex; nam tunc transferendum esset Officium Annunciationis in primam diem non impeditam Festo etiam Semiduplici, immo reponi etiam deberet post Officium Duplex pri-

mæ Classis, sive anterioris, sive posterioris translatum, cum sit altioris ritus.

172 Si Festum S. Josephi occurrerit in Feria V. Majoris Hebdomadæ, ejus Officium transferendum erit ad aliam diem juxta Rubricas Breviarii Romani, & S. R. C. Decreta. Ita S. R. C. 13 Septemb. 1692. in *Hispanen*. Vide hoc Decretum per extensum in Indice Decretorum spectantium ad Rubricas Missalis sub iisdem die, mense, & anno.

173 Ubi celebratur Festum SS. Gabrielis, vel Raphaelis Archangeli, ad Octavam Benedictionem dicatur: *Cujus Festum colimus*, non verò *quorum Festum* &c. S. R. C. 13. Septembris 1692. in *Hispanen*.

174 I. Quæsitum fuit à S. R. C. declarari: Si Officium Duplex Romanum de præcepto cadat in die, quo sit Officium de Sancto proprio alicujus Diœcesis, vel Religionis, & tale Officium proprium habeat Octavam, utrum Romanum transferendum sit post Octavam Officii proprii, vel de eo fieri infra Octavam, & ei assignari dies fixus? Si Romanum sit Semiduplex, utrum debeat idem servari? Si Romanum sit Semiduplex ad libitum, utrum transferri post Octavam, vel locus fixus infra Octavam ei assignari possit? Si Romanum, & proprium sint ejusdem Classis, & neutrum habeat Octavam; de quo fieri debeat Officium, de Romano, vel de proprio, si occurrant eodem die? Sac. autem Cong. respondit; in concurrentia Officii Duplicis Calendarii Romani cum Officio proprio habente Octavam, de eo sc. de Duplici Romano fieri debere infra Octavam prima die, alio Festo Duplici, vel Semiduplici non impedita, juxta Rubricam VII. Breviarii Romani *de Octavis* n. 3. & X. *de Translatione Festorum* num. 3. Quoad secundum, de Officio Semiduplici fieri debere die immediatè sequenti, scilicet 2. die infra eandem Octavam, quæ si fuerit alio Festo Duplici, vel Semidu-

miduplici impedita, prædictum Officium transferendum esse post Octavam juxta Rubricam X. de Translatione n. 5. Neutrum tamen transferri debere in diem fixum, nisi aliter indultum fuerit à Sede Apostolica; Officia autem ad libitum, sive sub Ritu Semiduplici sive Duplici, infra dictam Octavam occurrentia, non posse transferri, sed debere omitti, ex Decreto generali de Officiis Sanctorum ad libitum non transferendis, edito sub die 24. Januarii 1682. Si Officium Romanum, & proprium sint ejusdem Ritus, servari debere Rubricam X. de Translatione Fessorum num. 6. S. R. C. 10. Januarii 1693. in una Galliarum ad primum Dubium, quoad ultimam resolutionem, Vide nn. 104. 105. 191. 226. 284. 316.

175 II. Quæsitum fuit, an Officium Translationis Patroni, de quo fit, ut de Apostolo, & de quo fit Duplex per Annum, præferri debeat alteri Duplici per annum, & habere Vesperas integras in Concurfu? Et responsum fuit: exprimi casum, & doceri de Indulto recitandi Officium Translationis Patroni. S. R. C. 10. Januarii 1693. in eadem Galliarum.

176 III. Cum præter propriam Ecclesiæ Dedicationem fieri debeat Officium Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis in Urbe cum Octava, extra Urbem sine Octava; quæsitum fuit, utrum extra Urbem in Ecclesia, quæ propriam non habet Dedicationem, fieri debeat Octava Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis? Et responsum fuit negativè; & Regulares degentes in Civitate debere recitare Officium Dedicationis Cathedralis sub Ritu Duplici tantum sine Octava, ex Decreto edito die 1. Aprilis 1662. extra Civitatem non teneri, neque ad recitationem Officii in die Festo, ut aliàs pluries. S. R. C. 10. Januarii 1693. in eadem Galliarum.

177 IV. Quæsitum fuit, si uno die occurrant plures Martyres, quorum Officium Gavant. Rubr. Brev.

unum sit Semiduplex, & aliud Simplex; utrum in Vesp. pro Commemoratione Simplicis dicenda sit Antiphona *Gaudet in Calis* de secundis Vesperis, ut exemplum est 16. Septembr. & utrum detur ibi Regula, vel exceptio Regulæ Rubricæ de Commemoratione n. 8. Et responsum fuit, servandam esse Rubricam IX. de Commemoratione n. 8. nisi aliter assignetur in propriis locis, ut ibi docet eadem Rubrica. S. R. C. 10. Januarii 1693. in eadem Galliarum.

178 V. Quæsitum fuit, utrum in Officio Simplici Martyris, qui sanguinem non fudit, semper pro secundo Responsorio dicendum sit: *Domine prevenisti*, quæcumque occurrat Feria, vel tantum dum occurrat Feria IV.? & responsum fuit, dicendum esse Responsorium: *Domine prevenisti*, in quocumque Officio Martyrum, qui perierunt non effuso sanguine. Ita S. R. C. 10. Januarii 1693. in eadem Galliarum.

179 VI. Quæsitum fuit, utrum Antiphona Beatissimæ V. Mariæ *Ave Regina &c.* semper dici debeat die 2. Februarii, etiam si Festum Purificationis transferatur, vel habeat Octavam? & ad utrumque responsum fuit affirmativè, juxta Decretum S. C. emanatum die 11. Januarii 1681. Ita S. R. C. 10. Januarii 1693. in eadem Galliarum. Vide n. 114. & 232.

180 VII. Quæsitum fuit, Dies Octava Sancti proprii cadens in Festum Conceptionis Beatissimæ M. V. & Dominica secunda Adventus die 7. Decembris, utrum in primis Vesperis B. M. primo loco fieri debeat Commemoratio de Dominica Adventus, & postea de die Octava Sancti proprii? & responsum fuit, concurrente Dominica secunda Adventus die 7. Decemb. cum Festo Conceptionis B. M. V. & die Octava Sancti proprii, debet

Eee

bet

- bet fieri prius Commemoratio de Octava Sancti proprii, deinde de Dominica, juxta dispositionem Tabellæ secundæ de Concurrentia Dominicæ Majoris, sive primæ, vel secundæ Classis cum die Octava; ut ibi Regula tertia, quemadmodum præcisè docet Rubrica Breviarii Romani de Commemor. num. 11. Ita S. R. C. 10. Januarii 1693. in eadem Galliarum.
- 181 VIII. Quæsitum fuit, quando dies Octava Sancti proprii cadit in Festum Præsentationis B. M. utrum transferendum sit Officium B. M. vel solum fieri debeat Commemoratio diei Octavæ Sancti proprii, ut in simili casu refert Gavantus fieri Regii de Sancto Prospero, cujus dies Octava est Festum Visitationis B. M. ? Et responsum fuit, transferendum esse Festum Præsentationis juxta Rubricam X. de Translatione Festorum num. 2. & in Tabella de Occurrentia, prout monet Gavantus Sectione 13. cap. 12. n. 20. ibi enim aliter decrevit, & specialiter indulgit S. C. in gratiam Festi Visitationis B. M. V. quod ibidem colitur de præcepto; unde cum privilegium sit locale, non potest extendi de loco ad locum, ex Decreto S. C. in principio Missalis Romani impresso. Ita S. R. C. 10. Januarii 1693. in eadem Galliarum.
- 182 IX. Quæsitum fuit: dum occurrit Festum Duplex infra Octavam Corporis Christi cum Simplici, utrum nona Lectio de Simplici sit legendæ? Et responsum fuit, legendam esse nonam Lectionem de Simplici in Officio de Sancto Duplici infra Octavam Corporis Christi, ut in Nuscana 12. Septembris 1671. S. R. C. 10. Januarii 1693. in eadem Galliarum. Vide n. 95. & 235.
- 183 X. Petitum fuit: Si Festum festive- tur à Populo, vel de Præcepto, vel de Devotione Populi, ut S. Ludovicus in Gallia, S. Rochus, &c. utrum dici de- beat tale Officium Duplex Majus, & Lectiones primi Nocturni legi de Communi, etiam si in proprio de scriptura currenti assignentur? & responsum fuit; Festum S. Ludovici indultum de Præcepto in Gallis esse sub Ritu Duplici Minoris tantum, editis Decretis die 15. Martii 1608. & 28. Novembris 1609. propterea non esse dubitandum, quin recitari debeant Lectiones, quæ assignantur de scriptura, approbatis propriis Secundi, & Tertii Nocturni sub die 23. Februarii 1619. De Sancto Rocho, licet ejus Festum servetur ex Devotione, attamen non potest de eo recitari Officium, & celebrari Missa, nisi in propriis Ecclesiis eidem Sancto dicatis, ex concessione S. C. die 4. Junii 1629. & clariùs die 20. Novembris ejusdem anni 1629. & tunc dicendum est Officium sub Ritu Duplici Primæ Classis. Ita S. R. C. 10. Januarii 1693. in eadem Galliarum.
- 184 XV. Quæsitum fuit: Cum superest una Dominica post Epiphaniam, nec poni potest post Pentecosten, utrum, si tota Hebdomada ante Septuagesimam præter Feriam Secundam, quæ simplex habet Officium, impediatur Officio novem Lectionum, poni possit, & debeat in dicta Feria II. vel legi debeat Homilia in Sabbato ante Septuagesimam? & responsum fuit: satis esse provisum per Rubricam Breviarii Romani de Dominicis n. 6 & per aliam Rubricam propriam positam ante Dominicam primam post Octavam Epiphaniæ, nempe in Casu proposito, Officium de Dominica faciendum esse in primo Sabbato post Epiphaniam Festo Duplici, vel Semiduplici non impedito; alioquin scilicet, si prædictum Sabbatum esset impeditum, faciendum in prima die post dictam Octavam, quæ non reperitur impedita Festo Duplici; Festum verò Semiduplex in ea occurrens transferendum in pri-

- primam diem similiter non impeditam. S. R. C. 10. Januarii 1693. in eadem Galliarum.
- 185 Occurrente Vigilia S. Mathiæ Apostoli in Feria II. post Dominicam Quinquagesimæ, observandum est Jejunium, quod nec potest anticipari, ratione Carnis Privii. S. R. C. 23. Januarii 1694. in Ariminen. & habetur in particulari Bullario Innocentii XII.
- 186 Tertiarii S. Francisci degentes in Seculo possunt uti Breviario Ordinis Minorum, & illius Calendario conformari. S. R. C. 7. Augusti 1694. in una Ordinis Minorum S. Francisci. Vide n. 4.
- 187 Octava omnium Sanctorum, tanquam dignior, præferenda est Octavæ Dedicacionis Ecclesiæ. S. R. C. 5. Martii 1695. in Sabinen.
- 188 Festus dies S. Caroli transferendus est juxta Rubricam de Translatione Festorum ob concurrentiam cum Octava Dedicacionis Ecclesiæ ad diem sequentem. Ita S. R. C. 5. Martii 1695. in Sabinen.
- 189 In Ecclesiis B. M. V. sub quocumque Titulo dicatis, in Feriali Officio debet fieri Commemoratio de eadem S. Maria tanquam de Titulari, etiamsi ejusdem Officium parvum in Choro fuerit recitatum. S. R. C. 23. Aprilis 1695. in Fossanen. Vide n. 15. & 151.
- 190 Pro Suffragio B. Mariæ in Ecclesiis eidem dicatis sub quocumque Titulo, sive Assumptionis, sive Conceptionis &c. sufficit consueta Antiphona *Sancta Maria Succurre Miseris &c.* S. R. C. 23. Aprilis 1695. in Fossanen.
- 191 Cum nonnullorum, non ritè sensum generalis Rubricæ Breviarii Romani tit. 10. n. 7. de Translatione Festorum percipientium, obrepsit opinio, quod de Festo transferendo, quod potest in sequentem diem immediatè transferri, sit recitandum Officium ante alia æqualis ritus prius translata, S. R. C. ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi D. Card. Petrucci, supradictam generalem Rubricam omnino servandam, & quocumque alio Decreto in contrarium non obstante, in casu proposito (servato semper ordine Calendarii) Officium de primo translato prius recitandum esse declaravit. Ita tamen, ut per hanc declarationem nihil penitus circa semiduplicita in Dominicis infra Octavas occurrentia veniat immutandum, pro quibus prædictam generalem Rubricam tit. 10. n. 5. pariter omnino servandam esse censuit, & ita servari mandavit. S. R. C. 22. Decembris 1696. in Decreto generali. Vide nn. 104. 105. 174. 216. 226. 254. 285. & 316.
- 192 Officium semel in hebdomada concessum, recitari potest die Sabbati, si tota hebdomada sit impedita, & in tali casu omittendum Officium B. M. in Sabbato. Prima autem die mensis non impedita Festo Duplici, vel Semiduplici, & in qua occurrit recitari Officium Defunctorum, potest recitari supradictum Officium semel in hebdomada concessum, transferendo, vel etiam aliquando emittendo Officium Defunctorum. S. R. C. 27. Aprilis 1697. in Panormitana. Vide nn. 211. 212. & 213.
- 193 Ad removenda aliqua dubia quasitum fuit, sub quo Ritu in Hispaniæ Regnis (excepta Civitate Gerundæ) sit celebrandum Officium S. Narcisi, & sub quo Ritu censeretur debet indultum Officium per extensionem in cæteris casibus, quando à S. C. non exprimitur; & examinatis Decretis, responsum fuit: Officium S. Narcisi recitandum esse in Civitate, & Diocesi Gerundæ die 29. Octobris cum Missa sub Ritu Duplici primæ Classis cum Octava, die verò 18. Martii de eo fiat commemoratio tantum, sicut Quadragesimali tempore fit de Simplicibus.

- plicibus. In cæteris Regnis autem Hispaniarum recitandum esse sub Ritu Duplici minori dicta die 29. Octobr. S. R. C. 3. Augusti 1697. in *Hispalen*.
- 194 Si aliquod Festum, sive Duplex, sive Semiduplex, pro universali Ecclesia noviter à Sede Apostolica institutum, vel institutum, occurrat singulis annis eodem die cum Festo Diocesano ejusdem Ritus, debet fieri Officium de Festo instituto pro Ecclesia universali. S. R. C. 15. Martii 1698. in *Herbipolen*.
- Hoc Decretum discordat ab eo quod est datum suprâ sub n. 115. necnon ab aliis, quæ dantur infra sub nn. 209. 217. 315. & 322. quæ, utpote posteriora, sunt observanda.
- 195 Cùm Officia non sunt ejusdem Ritus, Episc. in sua Diocesi non potest minus digno fixum diem assignare. S. R. C. 15. Martii 1698. in *Herbipolen*.
- 6 Festa ad libitum, quæ semper cadunt infra Octavas Sanctorum, celebrari non possunt, attento Decreto san. mem. Innocentii. XI. 24. Januarii 1682. emanato, prohibente talia Festa ad libitum celebrari infra Octavas. S. R. C. 15. Martii 1698. in *eadem Herbipolen*. Vide n. 122.
- 197 In Sanctorum Patronorum electione fieri non debent promissiones servandi diem Festum Patroni electi tanquam de præcepto, etiam si ab Ecclesia universali sub tali Ritu non colatur: nam has promissiones, & vota non admittit, nec approbat, sed rejicit, & tantùm ex devotione servari posse concedit S. R. C. 15. Martii 1698. in *Theatina, & Pennen. pro Clero, & Populo nonnullorum Oppidorum*.
- Super huc Decreto adnotandum est eum Pittono, quod hujusmodi vota, quæ frequenter fieri solent ab Universitate, servandi diem Festum alicujus Sancti, ac jejunandi in Vigilia, necnon visitandi ejusdem Ecclesiam, non obligant Populum, aliasque personas, quæ tale votum non emiserunt, quæ tamen possunt sponte promissa ab aliis facta observare. Nullus itaque est sub poenâ cogendus, ut illa die jejunet, vel abstineat ab operibus servilibus, vel visitet talem Ecclesiam, nisi votum de his præstandis ipsemet fecerit.
- 198 Infra Octavam Sanctissimi Corporis Christi potest recitari Officium de duplici primæ, & secundæ Classis etiam translato, non autem in die octava, in qua nec etiam potest recitari de duplici secundæ classis occurrente. S. R. C. 30. Maji 1699. in *Ulyssiponen*.
- 199 Consuetudo triginta annorum non habet vim ad hoc, ut continuari possit recitatio Officii de aliquo Sancto in Ecclesia, in qua asservatur ejus Corpus, nisi doceatur, an sit descriptus in Martyrologio, & de ejus identitate constet. Ita S. R. C. 5. Julii 1698. in *Collen*.
- 200 In Expositione, & Repositione Sanctissimi Sacramenti non est addendum *Alleluja* ad Versiculum *Panem de Cælo, &c.* Ita S. R. C. 5. Julii 1698. in *eadem Collen*. Hæc resolutio non est intelligenda de tempore Paschali, nec de diebus infra Octavam Corporis Christi.
- 201 Parochus duarum Ecclesiarum unitarum debet de ambarum Titulari recitare Officium juxta Rubricas, maximè si Ecclesie sint peræquæ unitæ. S. R. C. 5. Julii 1698. in *Collen*.
- 202 Quando in mense Novembris sunt eadem die ponenda plura initia Prophetarum, dicenda est tantùm unica Lectio. S. R. C. 5. Julii 1698. in *Collen*.
- 203 Non possunt poni plura tribus initiis Prophetarum unica die. S. R. C. 5. Julii 1698. in *Collen*.
- 204 Ubi sunt plura Officia habentia primas Lectiones proprias, possunt omitti aliqua

- qua ex dictis initiis Prophetarum occurrens legitima causa, S. R. C. 5. Julii 1698. in *Collen*.
- 205 Quando ab aliqua Congregatione dicitur totum Officium Defunctorum, non debet illud dici, ut secunda die Novembris, omittendo Psalmos post Vesperas, & Matutinum positos in Officio Defunctorum. S. R. C. 5. Julii 1698. in *Collen*. Vide nn. 335. & 339.
- 206 Officium Defunctorum pro secunda die Novembris potest etiam praesente Episcopo ante Completorium diei Festi omnium SS. recitari. Ita S. R. C. 5. Julii 1698. in *Collen*. Hæc resolutio spectat ad Cathedralis Ecclesias tantum, idcirco vide n. 120.
- 207 Cum sæpe contingat aliqua Officia unius anni non posse in eodem celebrari, licet anno proxime sequenti ea persolveri. S. R. C. die 27. Septembris 1698. in *una Ordinis Cappuc. inorum*. Vide n. 108. His tamen Decretis derogatum videtur per alia posteriora Decr. emanata die 26. Novembris 1735. in *Hispalen*, & 15. Septembris 1736. in *Toletana*, & in *una Ordinis PP. Cappuc. inorum* die 8. Martii 1738. quæ dantur infra sub nn. 282. 337. & 341.
- 208 Vesperas Sanctorum Angelorum Custodum esse dimidiandas cum sequenti duplici minori statuit S. R. C. die 27. Septembris 1698. in *una Ordinis Cappuc. inorum*.
- Huic pariter Decreto derogatum fuit per Decreta inferius data sub nn. 116. 227. & 245.
- 209 Si incidat in eandem diem duplex Officium novem Lectionum Ritus æqualis, quorum unum sit Ecclesie universalis, aliud verò Ordinis Minorum, & ambo transferantur; Quodnam ex duobus prius debeat transferri? Quid verò dicendum, si sint Ritus inæqualis, ut contingit die 12. Novembris, in qua occurrunt Festum

S. Martini Martyris, & Pontificis, quod est Semiduplex, & Festum S. Didaci, quod est duplex secundæ classis? S. R. C. ad primam partem hujus dubii respondit, Officium, quod ab Ecclesia universalis celebratur, prius esse persolvendum ad secundam: Festa particularia majoris Ritus Festis minoris Ritus præferenda esse, etiamsi in Calendario pro universalis Ecclesia sint descripta. S. R. C. 27. Sept. 1698. Vide nn. 109. 115. 159. 194. 227. 315. 322.

S. C. in eadem Cappuccinorum declaravit, quod commemoratio de S. Dominico, ex concessione Clementis PP. X. ab iisdem facienda, quando sit Officium de S. Francisco, fieri debeat tantum in Officio S. Francisci, quod semel in mense ab iisdem recitatur, post alias commemorationes, & quod in Officiis per annum semel in mense recitandis de SS. Bonaventura, Antonio Patavino, & Clara, non attendatur ordo dignitatis.

210 Festum SS. Fabiani, & Sebastiani unâ simul celebratur in illis locis, in quibus S. Sebastianus est Patronus minus principalis. Ita declaravit S. R. C. referente Eminentissimo D. Cardinali Colloredo die 22. Novemb. 1698. in *Cremen*. respondendo ad Episcopum dictæ Civitatis, qui petebat assignationem diei pro celebrando Festo S. Fabiani separatim à Festo S. Sebastiani, ut fieri solebat in sua Diœcesi.

Hoc Decretum sub aliis terminis, & in alia suppositione refertur à Pictono ex Monacello, nimirum: Festum SS. Fabiani, & Sebastiani unâ simul celebratur, licet Titulus Ecclesie sit tantum de S. Sebastiano; ideoque Festum S. Fabiani non transfertur, sed unâ cum S. Sebastiano celebratur. S. R. C. in *Cremen*. Sed est error manifestus in Decreto sic relato; nam S. Sebastianus non est Titulus Ecclesie Cremenensis, in qua celebratur tale Officium: in eo enim casu Officia

Ecc 3

sepa-

- separanda forent juxta dispositiones clarissimas Rubricarum generalium. Est igitur S. Sebastianus Patronus tantum minus principalis dictæ Diocesis; & ideò rectissime declaravit S. R. C. non esse separatim celebrandum Festum SS. Fabiani, & Sebastiani.
- 211 Festa duplicia, & semiduplicia translata præferenda sunt Officio S. Benedicti semel in hebdomada concessio sub Ritu Semid. omnibus Congregationibus S. Benedicti. S. R. C. 7. Febr. 1699. in *Tarvisina*. Vide n. 237. & in append. n. 342.
- 212 Officium semel in hebdomada concessum, non potest recitari in Vigiliis ordinariis, Quatuor Temporibus, juxta alia Decreta jam emanata. S. R. C. 7. Febr. 1699. in *Tarvisina*.
Hoc Decretum conforme est Decreto generali 20. Martii 1706. emanato, & dato n. 237.
- 213 Officium semel in hebdomada concessum, recitari valet in Sabbato, quando fieri deberet de Sancta Maria in Sabbato. S. R. C. 7. Februarii 1699. in *eadem Tarvisina*.
Hoc Decretum concordat cum illo emanato 27. Aprilis 1697. dato num. 192.
- 214 Cum Festum Dedicationis Cathedralis extra Civitatem celebretur sine Octava, hæc annua Dedicatio per totam Diocesim celebranda est juxta solitum quoad Ritus, scilicet vel sub Ritu Duplici primæ Classis, vel sub Duplici minori. S. R. C. 19. Junii 1700. in *Curien*. Vide nn. 42. 81. 176. & infra 225. & 226.
- 215 Quando duæ Octavæ simul occurrunt, quarum una sit Patroni principalis sub Ritu Duplici primæ Classis, altera verò B. M. V. sub Ritu Duplici secundæ Classis, recitandum est Officium de Patrono principali cum commemoratione Octavæ B. M. V. S. R. C. 19. Junii 1700. in *eadem Curien*.
- 216 Si in Dominica infra Octavam Nativitatis B. M. V. in qua celebratur Festum SS. Nominis ejusdem B. M. V. sub Ritu Duplici majori, occurrat alicubi dies Oct. translato Festo dicti SS. Nominis, agendum est de die Octava in ipsa Dominica. S. R. C. 19. Junii 1700. in *eadem Curien*.
Hoc Decretum concordat cum alio emanato die 1. Martii 1681. sub n. 127. & sic pariter concordat cum Decreto edito die 22. Januarii 1707. dato n. 244. Per Decretum tamen die 15. Septemb. 1685. positum n. 155. statuitur, quòd si dictum Festum SS. Nominis occurrerit in die Octava Nativitatis B. M. V. tunc agendum erit de eodem SS. Nominis, omiſſa in utrisque Vesperis, & Laudibus Commemoratione de prædicta Octava.
- 217 Ubi Festum SS. Angelorum Custodum habet Octavam, non possunt in Festo, & per Octavam terminari Hymni ejusdem metri, sicut terminatur eorum Hymnus in Laudibus per stropham: *Deo Patriſit Gloria, qui, quos redemit Filius, & Sanctus unxit Spiritus, per Angelos custodiat.* S. R. C. 19. Junii 1700. in *eadem Curien*.
- 218 Occurrente Duplici minori, seu translato in die Commemorationis Defunctorum, Officium faciendum est de Sancto, Missæ verò celebrandæ sunt de Requiem. S. R. C. 19. Junii 1700. in *eadem Curien*. Vide nn. 158. 276. & 312.
- 219 Si in Feria VI. post Dominicam Passionis, in qua celebratur sub Ritu Duplici majori Officium septem Dolorum B. M. V. occurrat Festum Duplex primæ, vel secundæ Classis, dictum Officium non est transferendum, sed omittendum. S. R. C. 19. Junii 1700. in *eadem Curien*.
Videatur tamen Decretum die 3. Septemb. 1672. datum n. 97. Videnda pariter

pariter sunt Decreta emanata die 22. Augusti 1727. sub n. 269. nec non die 25. Januarii 1729. n. 272 quibus aliter disponitur circa dictum Officium Septem Dolorum.

220 Matutinum diei Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum non potest recitari in Choro in die Festivitatibus Omnium Sanctorum post Completorium, sed servandæ sunt Rubricæ. Ita S. R. C. 22. Januarii 1701. in una *Cam. adu- lensis Montis Corona*. Vide Decretum 5. Julii 1698. n. 206.

221 Benedictio publica Sacrorum Cinerum prima die Quadragesimæ non potest fieri post Tertiam, sed servandæ sunt Rubricæ. Ita S. R. C. 22. Januarii 1701. in una *Cam. adu- lensis*.

222 Regularium Superiores non veniunt sub nomine Ordinariorum, & consequenter non possunt assignare aliquam ex Dominicis Novembris pro recitatione Officii de Patrocinio B. M. V. quod multis in locis permittitur celebrandum in aliquo die Dominico præfati mensis à locorum Ordinariis eligendo. S. R. C. 21. Januar. 1701. in eadem *Cam. adu- lensis*.

Pro eodem Officio de Patrocinio B. M. V. vide Decretum editum die 23. Augusti 1725. & datum n. 265.

223 In Officio pro Sanctis Confessoribus, quoties eisdem fixa dies est assignata, quæ non est dies obitus eorum, recitari non debet ad Hymnum: *Iste Confessor, &c. Mervit beatas scandere*, & eadem regula servanda est, si transferatur Festum Sancti Confessoris ad diem, quæ non sit sui obitus. S. R. C. 11. Junii 1701. in una *Tertii Ordinis S. Francisci*. Vide n. 129.

224 Declaratio (de qua n. 63. & n. 135.) ubi dicitur, quod Regulares non possint recitare Officium de Octava Patroni principalis sine speciali indulto comprehendit etiam Moniales Ordinariis subje-

ctas. Ita respondit S. R. C. 11. Februarii 1702. in *Tarvisina*.

Moniales Ordinariis subjæctæ non debent recitare Officium de Octava Dedicatæ Ecclesiæ Cathedralis, nec possunt ad libitum, & tantum tenentur prædictum Officium recitare sub Ritu duplici secundæ classis sine Octava. S. R. C. 11. Februarii 1702. in eadem *Tarvisina*. Vide nn. 81. 142. & 147.

225 Festum duplex ante Octavam non privilegiatum, vel infra eam occurrens alio majori Festo duplici impeditum, est transferendum ad diem infra Octavam proximè Festo duplici, vel semiduplici non impeditum. S. R. C. 22. Septembris 1703. in *Viennen, in Austria*.

226 Si Dominica infra Octavam Ascensionis occurrat in die 4. Maji; tunc in Feria sequenti, recitandum est Officium de S. Monica, quod in dicta Dominica occurrebat sub ritu semiduplici, non verò reponendum est Festum Sanctorum Apostolorum Philippi, & Jacobi, quod sub ritu duplici secundæ Classis occurrebat die 1. Maji. S. R. C. 16. Septemb. 1702. in una *Ordinis Cælestinorum*.

Quamvis hæc resolutio nunc pro casu antedicto valere nequeat, & quia Officium S. Monicæ est elevatum ad Ritu duplicem à S. R. C. annuente Clemente Papa XII. die 16. Augusti 1730. & quia dies 5. Maji modo est impedita ab Officio S. Pii V. quod recitatur ea die ab Ecclesia universali sub ritu semiduplici de præcepto; nihilominus allata resolutio semper remanet in suo robore quoad casus similes, sive in Ecclesia universali sive in aliqua Diocesi, vel Religione occurrentes; quia illa Feria secunda consideratur in tali casu tanquam dies fixa, & propria Officii semiduplicis occurrentis in Dominica infra Octavam non privilegiatam, ita ut, si dicta Feria secunda non sit impedita aliquo Officio

- ficio novem Lectionum, tunc tale Officium semiduplex nulli Officio translato cedat, etiamsi esset primæ, vel secundæ Classis; & reverà die 1. Septembris 1703. sequens Decretum emanavit à S. R. C. in *Camerinen*. Semiduplex occurrens in Dominica infra Octavam juxta Decretum 22. Decembris 1696. debet in sequentem diem immediatè transferri, non obstante duplici prius translato. Prædictum Decretum datur etiam à nobis sub n. 191. Rursus aliud simile emanavit Decretum à S. R. C. 19. Julii 1700. in *Valentina*, nimirum: Festum semiduplex, incidens in Dominica infra Octavam non privilegiatam, debet transferri immediatè in Feriam secundam non impeditam, licet sit reponendum quodcumque Officium etiam ex sollemnioribus. Vide etiam Decreta data sub nn. 104. 105. 174. 191. 254. 285 & 316.
- 227 Quando plures adsunt Cathedrales unitæ, Officium Dedicationis cujuslibet Ecclesiæ Cathedralis non debet recitari ab universo Clero Diœcesum unitarum, sed in qualibet respectivè Diœcesi debet recitari de sua propria respectivè Ecclesia Cathedrali. S. R. C. 8. Martii 1704 in *Viterbien*.
- In occurrentia Festi Calendarii particularis, & Festi Calendarii universalis cum paritate Ritus, & sine excellentia majoris Dignitatis, faciendum est de primo, translato secundo. S. R. C. die 12. Julii 1704, in *una Urbis & Orbis Dubiorum*. Referente Eminentissimo Colloredo. Vide nn. 209. 227. 315. 322.
- 218 I. Quæsitum fuit, an, cum ex Decreto S. R. C. emanato 2. Julii 1681. dicenda sit Antiphona Beatissimæ Virginis: *Ave Regina Cælorum* cum *✠. Dignare me &c.* in fine Completorii secundæ diei Februarii, licet transferatur Officium Purificationis; dici debeat in Suffragiis (quando fit de Officio Semiduplici, vel Simplici &c.)

✠. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix cum Oratione *Concede nos Famulos &c.*? Et in Missa secunda Oratio *A Cunctis*, tertia ad libitum? Et S. R. C. affirmativè respondit 14. Februarii 1705. in *una Ordinis Cappuccinorum Gallie ad primum Dubium*.

- 229 II. Quæsitum fuit, an translato Officio Annunciationis B. M. V. de quo potest fieri die 5. Aprilis omisso Officio ad libitum *S. Vincentii Ferrerii* hac die occurrentis, satius sit celebrare Officium Annunciationis, vel hac die, vel die sequenti, ut non omittatur Officium *S. Vincentii*? Et si hoc ultimum satius judicetur, an in Diœcesibus, in quibus celebratur 5. die Aprilis Officium translato Annunciationis B. V. cum Feriatione diei, in qua transferatur, satius sit *PP. Cappuccinos* illud celebrare hac die, omisso Officio ad libitum *S. Vincentii Ferrerii* in gratiam Populorum, qui ad suas Ecclesias accedunt audituri Missam, & Officium de *Mysterio Annunciationis*; & inde etiam, an translato Officio Annunciationis juxta Romanas Rubricas in 4. diem Aprilis, debeant tamen, vel possint illud differre in sequentem diem 5. Aprilis in Diœcesibus, in quibus tunc transfertur in hanc diem ob Festum *S. Ambrosii*, quod celebratur 4. April. propria ipsius obitus die? Et responsum fuit, quod, quando transfertur solum Officium, & non Sollemnitatis, tunc potest fieri de Sancto ad libitum occurrente. S. R. C. 14. Februarii 1705. in *eadem Cappuccinorum Gallie*.
- 230 III. Quæsitum fuit, an in Diœcesibus, in quibus in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, vel Quinguagesimæ, fit Officium Purificationis B. M. V. illis Dominicis occurrentis, debeant, vel possint *PP. Cappuccini* iis diebus recitare idem Officium cum sola Commemoratione, & nona Lectione Dominicæ in gratiam Popu-

- Populorum ad suas Ecclesias accedentium? & responsum fuit *negativè*. S. R. C. 14. Februarii 1705. *in eadem Cappuccinorum.*
- 231 IV. Quæsitum fuit, an sub nomine Patroni Loci, de quo juxta Bullam Gregorii XIII. Regulares tenentur recitare Officium sub Ritù Duplici Primæ Classis, veniat etiam Patronus Parochiæ, in qua commorantur? S. R. C. respondit *negativè* die 14. Febr. 1705. *in eadem Cappuccin.*
- 232 Ex parte Magistri Ceremoniarum Ecclesiæ Cathedralis Lyciensis quæsitum fuit, an, si Festum Purificationis B. M. V. est transferendum, vel ratione Octavæ, diutius perseveret, eò usque perseverare debeat Antiphona *Alma Redemptoris Mater*; An verò in hoc casu die 2. Februarii ad Completorium dicenda sit Antiphona *Ave Regina Cælorum*? & responsura fuit: quòd servetur Decretum S. C. emanatum sub die 11. Jan. 1681. Ita S. R. C. 4. Aprilis 1705. *in Lycien.* Vide n. 114. 179. 228.
- 233 Quæsitum fuit: an Officium Expectationis Partus B. M. V. concessum sit omnibus Regnis Hispano Monarchæ subjectis, an solum aliquibus? responsum fuit: Indultum Gregorii XIII. esse tantum pro sola Hispania. Ita S. R. C. 4. April. 1705. *in eadem Lycien.*
- 234 Officia Sanctorum ad libitum, sive Duplicia, sive Semiduplicia, occurrentia in die, quo fieri debet Officium de Dominica anticipanda ante Septuagesimam, vel ante Dominicam 24. post Pentecosten, non sunt recitanda cum Comemoratione dictæ Dominicæ, neque transferenda, sed potius omittenda. S. R. C. 4. April. 1705. *in Lycien.*
- 235 Infra Octavam Corporis Christi occurrente Festo novem Lectionum, non debet omitti nona Lectio Festi Simplicis. In Officio enim tantum de Octava omitti debet dicta Lectio. S. R. C. 4. Aprilis 1705. *in eadem Lycien.*
Gavant. Rubr. Brev.
- 236 Cum multis Congregationibus, Religionibus, sive Ecclesiis, vel Nationibus concessum sit ab Apostolica Sede, ut semel, vel pluries in singulis Hebdomadibus, vel mensibus celebrentur varia Officia per annum, v. g. De Sanctissimo Sacramento, vel de Sanctis in diebus non impeditis aliquo Festo Duplici, vel Semiduplici, hujusmodi Indulta non habent locum in Feriis Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Vigiliarum, sive cum jejunio, sive absque jejunio, nec in Feria secunda Rogationum, nec in alia Feria, in qua secundum Rubricas sit reponendum Officium Dominicæ. S. R. C. 20. Martii 1706. *in suo Decreto Generali, & habetur in Bullario particulari Clementis XI. part. 3. Const. 6.*
- 237 Dies impeditus Festo Duplici, vel Semiduplici pro Officiis semel in Hebdomada, vel in mense recitandis, intelligitur etiam dies, in quo ponendum est Officium de Festo Duplici, vel Semiduplici translatum, nec non dies Octavæ est dies impeditus respectu talium Officiorum. S. R. C. 20. Martii 1706. *in eodem Decreto Generali.* Vide n. 211. & 342. *in Append.*
- 238 Regulares absque speciali privilegio, sed sola communicatione privilegiorum aliarum Religionum, non possunt addere nomen Sancti Fundatoris in Litanis, & *Confiteor*, nec recitare Officia, & Missas concessas aliis Religionibus. S. R. C. 20. Martii 1706. *in Decreto Generali.* Vide nn. 102. 107.
- 239 Si Festum S. Marci Evangelistæ occurrat in Feria secunda post Dominicam Resurrectionis: & similiter Festum SS. Apostolorum Philippi, & Jacobi in Dominica in Albis, ac præterea juxta Rubr. utrumque sit transferendum, prius transferri, & reponi debet Officium S. Marci. S. R. C. 17. Julii 1706. *in una Urbis, & Orbis.* Vide n. 92.
- 240 Quamvis PP. Cappuccini Conventus
F i f
Leo-

- Leodien. ex consuetudine plusquam centum annorum soleant facere Officium Duplex majus de S. Servatio Episcopo 13. Maji, quia est Patronus Principalis Parochiae, in qua morantur, & est Festum devotionis in Populo, nihilominus declaratum, & decisum fuit: non licere praedictis PP. Cappuccinis continuare recitationem dicti Officii, nec in alium diem transferre, quando ab alio majori Festo contingit esse impeditum. Ita S. R. C. 28. Augusti 1706. *in una PP. Cappuccinorum Provincia Leodien.*
- Declaratum pariter fuit, non licere PP. Cappuccinis nec aliis cujusvis Ordinis Regular. qui non utuntur Breviario PP. Minorum Observantium, in usum deducere Rubricam in dicto Breviario anni 1696. num. 15. his verbis expressam - - Quando autem plura Officia de praecepto eadem die in aliquibus locis ita fixè occurrant, ut translatio alicujus, seu aliquorum sit perpetua, tunc prima dies proxima non impedita, assignanda censeatur in perpetuum pro die propria Festi translatai respectivè - - Siquidem concessio facta utentibus Breviario Minorum non extenditur ad non utentes, S. R. C. die 28. Augusti 1706. *in eadem Cappuccinorum Provincia Leodien.* Vide aliud Decretum huic conforme 14. Decembris 1709. *in una Cappuccinorum*, & 29. Novembris 1721. *in Januen.* n. 262. sed his Decretis derogatum esse videtur per Decreta posita sub nn. 252. 254. & 260. & alia ibi notata.
- 241 Occurrente Vigilia Nativitatis S. Johannis Baptistae in die Festo Sanctissimi Corporis Christi, anticipato jejunio Vigiliae praedictae in diem 22. Junii ad formam Constitutionis Urbani VIII. emanatae 27. Septembris 1638. nihil fit in Officio & Missa de eadem Vigilia. S. R. C. 18. Septembris, approbante Clemente XI. 2. Octobris 1706.
- 242 Occurrente Dedicatione Basilicae Sanctissimi Salvatoris, vel SS. Petri, & Pauli Apostolorum, infra Octavam Dedicationis aliarum Ecclesiarum, pro earum Octava debet sumi alia Oratio de Communi; nempe *Deus, qui invisibiliter.* S. R. C. 25. Septembris 1706. *in una Urbis & Orbis.*
- 243 Ecclesia Cathedr. Ferentina cum fuisset pluribus in locis restaurata, & magna in parte renovata, & de illius Consecratione signa nullibi apparerent, neque aliae probationes existerent, adhuc quia in praeteritum, Festum Dedicationis fuerat celebratum, censuit S. R. C. non indigere nova Consecratione, & statuit Dedicationis Festum posse transferri ab Episcopo ad aliam diem fixam amplius non immutandam. Ita 27. Novembris 1706. *in Ferentina.*
- Resolutio hujus secundae partis concordat cum alia data ab eadem S. C. sub die 22. Febr. 1698. *in Cornen.* Vide supra n. 16. & alios ibi notatos.
- 244 Quotiescumque occurrerit apud Franciscanos dies Octava S. Rosae Viterbiensis in Dominica infra Octavam Nativitatis B. M. V. fiat Officium de dicta die Octava, protracto ulterius Festo Sanctissimi Nominis ejusdem B. M. V. S. R. C. 22. Januar. 1706. *in una Januen.*
- Hoc Decretum concordat cum alio edito jam à S. R. C. die 21. Aug. 1688. *in Aquilejen.* in quo statuitur, quòd occurrente die Octava Dedicationis cum Festo Visitationis B. M. V. faciendum sit Officium de Octava, translato Officio Visitationis. Vide nn. 121. 216.
- 245 In secundis Vesperis de SS. Angelis Custodibus fieri debet tantummodo Commemoratio, non verò à Capitulo de Translatione S. Clarae apud Franciscanos. S. R. C. 14. Maji 1707. *in Bononien.*
- Ex quo dictum Officium Translationis S. Clarae à praedictis Fratribus Minoribus sub

- sub Ritu Duplici celebratur, mox allegatum Decretum confirmat aliud Generale datum à nobis sub n. 116. Aliud simile Decretum datur infra n. 277. Deinde ad instantiam Cleri Gallia, in quo Regno Festum S. Remigii est Duplex minus, & in secundis Vesperis concurrat cum Festo Angelorum Custodum, S. R. C. 20. Augusti 1712. declaravit, in dictis secundis Vesperis debere fieri totum de Angelis, & solam Commemorationem S. Remigii, quæ omnia Decreta derogant sanè contrario Decreto emanato die 27. Sept. 1698. dato sub n. 208.
- 246 In Ecclesiis, in quibus celebratur Festum S. Bartholomæi Apostoli die 25. Augusti cum Octava, vel quia est Titulare earundem Ecclesiarum, vel ex alia ratione, & sic pernecessè Festum S. Ludovici sub Ritu Semiduplici venit celebrandum die 26. dicti Mensis Augusti, secunda die infra Octavam S. Bartholomæi, quæ situm fuit, quando dies 26. sit dies Dominica, quæ non admittit Semiduplicia, an in tali casu Officium S. Ludovici sit transferendum ad diem Lunæ immediatè sequentem, licet impeditam alio Officio Semiduplici, nempe die 3. infra Octavam S. Bartholomæi; vel potius veniat transferendum post Octavam ejusdem S. Bartholomæi? & responsum fuit: servetur Rubrica X. n. 5. de Translatione Festorum, S. R. C. 23. Martii 1709. in *Perusina*.
- 247 Diebus infra Octavam Sanctissimæ Trinitatis, ubi est Titulus Ecclesiæ, & in Festis infra dictam Octavam concurrentibus, non debet ad *Primam* dici Symbolum S. Athanasii. S. R. C. 8. Junii 1709. in *Bracharen*. Vide n. 313.
- 248 Diebus sexta, & septima infra Octavam Festi Sanctissimæ Trinitatis, ubi est Titularis, faciendum est Officium de die secunda, & tertia infra Octavam Corporis Christi cum Commemoratione Sanctif-

simæ Trinitatis. S. R. C. 8. Junii 1709. in eadem *Bracharen*.

- 249 De Titulo, & Consecratione Parochialis Ecclesiæ, quæ non est Cathedralis, non debet fieri Officium in die, neque per Octavam à Sacerdotibus, qui non sunt de Clero Parochiali, licet sub eadem Parochia degant. S. R. C. 17. Aug. 1709. in *Bergomen*. Vide in Indice Decret. Missalis n. 746.
- 250 SS. Martyres in concurrentia Officii Duplicis cum S. Confessore, non debent habere integras Vesperas propter majorem Dignitatem, & nobilitatem, quam habet Martyr præ Confessore. Neque hæc major Dignitas, & Nobilitas tribuenda est Confessori concurrenti cum Virgine, sicque in concurrentiis Officiorum æqualis Ritus, quæ possunt accedere, Sanctus Confessor non habet integras Vesperas, aliter enim fit in prædictis casibus; quàm fiat in concurrentia Festorum Domini, B. M. V. Angelorum, & Apostolorum; unde in antedictis primis concurrentiis standum est præscriptioni Rubricæ Breviarii Romani de *Concurrentia Officii num. 2.* quæ dicit: *Regulariter fit à Capitulo de sequenti.* S. R. C. 14. Dec. 1709. in *una Ordinis Cappuccinorum*. Vide nn. 88. 157.
- 251 In Festo SS. Cornelii, & Cypriani die 16. Septembris pro Commemoratione SS. Euphemie, & Sociorum, dicatur in primis Vesperis Antiphona -- *Gaudem in Cælis &c.* & in Laudibus Antiphona: -- *Istorum &c.* prædictæ tamen Antiphonæ dicendæ non sunt, quando Officium SS. Cornelii, & Cypriani transfertur, ex quo occurrat in Dominica; tunc enim in primis Vesperis Dominicæ dicenda erit Antiphona pro dicta Commemoratione: *Istorum &c.* & in Laudibus Antiphona: *Vestri Capilli &c.* S. R. C. die 14. Decemb. 1709. in *Ferrariens*.

Quando Festum SS. Philippi, & Jacobi cadit in Dominicam, tunc ultimum Responsorium, quia est proprium, dicitur loco penultimi, quod est de Dominica. Ita S. R. C. 23. Junii 1736. in *Ein-
fiden.*

- 252 Cum nonnulla Officia propter perpetuam occurrenceam majoris Dignitatis, seu Sollemnitatis, seu Ritus, perpetuam habeant Translationem, & juxta Rubricas de Translatione Festorum n. 6. in primam diem non impeditam semper transferenda sint; quaesitum fuit, an illa prima dies censenda sit propria illius translati Sedes perpetuo, juxta Gavantum *Secl.* 3, cap. X. num. 15. ita ut debeat de eo celebrari semper illa prima die, etiamsi occurrat transferri aliud Officium ejusdem, vel Superioris Ritus? S. R. C. 14. Decembris 1709. respondit *negative*, & ferventur Rubricae generales. In *una Ordinis Cappuccinorum.* Vide aliud simile die 28. Augusti 1706. in *una Ord. Cappuc.* n. 240.

Huic tamen Decreto derogatum esse videtur per Decreta posita n. 254. & 260. & per alia Decreta ibid m. indicata.

- 253 Occurrentibus in Dominica infra Octavam Nativitatis B. M. V. Officiis SS. Nominis ejusdem B. M. V. & Octavae S. Rosae Viterbiensis Ordinis Minorum, transferatur primum in aliam diem, & in ea Dominica fiat de Secundo, nempe de die Octavae. S. R. C. 22. Januarii 1707. in *una Ord. Min. Observant.*
- 254 In Civitate, & Diocesi Pisaurensi die 31. Augusti occurrit Festum Dedicationis Cathedralis sub Ritu Duplici primae Classis celebrandum, & eadem die ab Ecclesia Universali fit Officium S. Raymundi Nonnati sub Ritu Duplici Minori.

Item in eadem Civitate, & Diocesi die 24. Septembris occurrit Festum Sancti Terentii M. Patroni Principalis Civitatis,

& Diocesis sub Ritu Duplici primae Classis celebrandum, & eadem die ab Universali Ecclesia fit Officium B. M. V. de Mercede sub Ritu Duplici Minori (nunc vero majori) supplicatur: Si supradicta Festa altioris Ritus venerint die Sabbato, an Officium S. Raymundi, & B. M. V. de Mercede vigore Decreti S. R. C. emanati 14. Augusti 1684. & iterum 18. Octobris 1696. in reformatione Calendarii Fratrum Minorum sint celebranda die Dominico sequenti tamquam die propria, vel debeant transferri in Feriam proximam non impeditam? à S. R. C. fuit remissa haec Supplicatio ad D. Johannem Baptistam Gambarucci, Sanctissimi D. N. & S. Sedis Apostolicae Sacrarum Ceremoniarum Magistrum, nunc Archiepiscopum Amasenum, pro voto, quo audito S. R. C. respondendum esse censuit *juxta votum antedicti Ceremoniarum Magistri*, nimirum: faciendum esse de Officiis, de quibus agitur sub diebus respective assignatis etiam in occurfu Dominicae. Et ita decrevit die 2. Julii 1712.

Hoc Decreto videtur derogatum ex vi suae declarationis Decretis superius datis, nimirum nn. 240. 252. Vide etiam Decreta data sub nn. 80. 260. 262. 286. 287. 288. & 318. In quibus confirmatur idem Decretum in *Pisaurum.*

- 255 Omnibus Fratibus, & Monialibus Ordinis Minorum S. Francisci indulgetur, atque conceditur, ut in recitatione Officii Desponsationis B. M. Virginis cum S. Josepho fiat ab ipsis Commemoratio ejusdem S. Josephi, tum in utrisque Vesperis, tum in Laudibus, & respective etiam in Missa cum Antiphonis, & Oratione à S. R. C. approbata. Ita S. R. C. 1. Julii 1713. in *una Ordinis Minorum Observantium.*

Hoc Decretum est particulare pro dicto Ordine Minor. Observant. non vero uni-

- universale pro omnibus illis, quibus concessum est dictum Officium Desponsationis B. M. V.
- 256 Officium Sancti Josephi Sponsi B. M. V. cum novis Antiphonis, Versibus, Lectionibus primi Nocturni, Responsorii, & Capitulis approbavit, & ab omnibus Christianis fidelibus, tam Secularibus, quam Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, die 19. Martii in Festo S. Josephi in posterum recitari, & in Breviario apponi mandavit S. R. C. 3. Februarii 1714. annuente Clemente XI. sub die 4. ejusdem Mensis, & Anni.
- 257 Cum Festum S. Pirminii Episcopi Meldensis, & Conf. à Clericis Regularibus Soc. Jesu Civitatis Oeniponti Diocesis Brixinens. die 3. Novembris sub Ritu Duplici Min. celebretur; cumque eadem die aliquando occurrat Commemoratio omnium fidelium Defunctorum: propterea ex parte Clericorum Reg. prædictorum S. R. C. humillimè supplicatum fuit declarari, an occurrente Festo S. Pirminii Episcopi Meldensis eadem die Commemoratio omnium Defunctorum, possint ipsi, aut etiam debeant transferre Festum S. Pirminii ad aliam diem non impeditam currentis Octavæ, an verò, non obstante Officio Commemorationis Defunctorum, sit faciendum Officium de S. Pirminio, ac saltem Missa Sollemnis dicti Sancti celebrari possit? & S. R. C. respondit: transferendum esse Officium S. Pirminii. Ita die 11. Julii 1716. in una Brixin.
- Hoc Decretum est particulare pro dicta Ecclesia, in qua asservantur insignes Reliquiæ S. Pirminii Episcopi Meldensis, sicut videre est in Decreto posito sub n. 631. in Indice Decretorum spectantium ad Rubricas Missalis; ubi diximus, per hoc Decretum non derogari aliis Decretis datis sub numeris ibi indicatis, quæ

in hoc Indice dantur sub nn. 158. 218. 312.

- 258 Festum, & Officium Sanctissimi Rosarii B. M. V. Clemens XI. extendit ad Ecclesiam universalem sub Ritu Duplici majori de præcepto quolibet anno recitandum in prima Dominica Octobris, ut videre est in ejusdem Pontificis Bulla, quæ incipit: *Cum alias, &c.* & habetur sub num. 25. in Bullario particulari dicti Pontificis. Ita die 3. Oct. 1716.
- 259 In Ecclesia S. Mariæ in Porticu, ubi asservatur Brachium S. Marcelliani tantum (occurrentis die 18. Junii) faciendum est Officium etiam de S. Marco sub Ritu Duplici minori de Communi plurimorum Martyrum. S. R. C. 7. Augusti 1717. in una Urbis. Vide nn. 74. 86. & 273.
- 260 Ex parte Ecclesiæ S. Jacobi Incurabili Urbis quæsitum fuit, an Officium Visitationis B. M. V. die 2. Julii, in qua Festum Dedicationis ejusdem Ecclesiæ occurrit, celebrari possit die immediatè sequenti, etiamsi fuerit dies Dominica.
- Secundò quæsitum fuit ex parte ejusdem Ecclesiæ, an item die immediatè sequenti diei 1. Augusti etiam Dominica, celebrandum sit Officium S. Petri ad Vincula, cum hac ipsa die occurrat Octava S. Jacobi? Et S. C. referipit-- faciendum esse de Officiis, de quibus agitur in die immediatè sequenti etiam in occurso Dominicæ propter perpetuum impedimentam in propria die juxta alterum Decretum S. C. 2. Julii 1712. & ita declaravit die 20. Novembris 1717. His Decretis confirmatur Decretum suprâ expositum in Pisaurum. die 2. Julii 1712. Vide nn. 254. & 318.
- 261 Cum in universo Ordine S. Benedicti Officium semiduplex ad libitum S. Canuti Martyris die 19. Januarii ob occurrentiam alterius Officii S. Agathonis Papa,

- & Confessoris recitari minimè valeat, ut idem Officium die fixa in Ordine prædicto recitari possit, nempe die 20. Februarii, concedit S. R. C. 15. Martii 1721. *in una Ordinis S. Benedicti.*
- 262 Cùm in Directorio Divini Officii, pro Civitate, & Diœcesi Januensi impresso, sub prætextu Decreti S. R. C. die 18. Octobris 1684. super assignatione diei pro Officiis Sanctorum die propria impeditis, prima dies non impedita pro hujusmodi Officiis fixè fuerit assignata, cumque occasione similis impressionis multa exortæ fuerint altercationes, propterea S. R. C. instantibus Ecclesiasticis Civitatis Januensis, & præcipuè, quia Decretum prædictum suppositivum est, & nunquam editum fuerit; in casu, de quo agitur, servandas esse Rubricas declaravit, atque decrevit S. R. C. die 29. Novembris 1721. *in Januen.*
- Hoc Decreto, quia est tantum in casu, de quo agitur, non derogatur aliis Decretis supra exhibitis sub nn. 254. & 260. Decretum siquidem, quod asseritur emanatum à S. R. C. non erat anno 1684. sed 18. Octobris 1696. idcirco cùm assignatio prædicta facta fuerit Decreto obreptio, pro quo exortæ erant altercationes, rectè, ac prudenter in casu, de quo agebatur, rescriptum fuit, servandas esse Rubricas. Supradicta Decreta sub nn. 254. & 260. data sunt conformia Decreto posterius posito 23. Junii *in Brugen.* sub num. 318.
- 263 Officium proprium Sanctissimi Nominis JESU ab omnibus Christianis, qui ad Horas Canonicas tenentur, sub Ritum duplici secundæ Classis, Dominica secundæ post Epiphaniam recitari, & Missam respectivè celebrari debere indulget S. R. C. 29. Novembris 1721. annuente Innocentio XIII. 20. Decembris ejusdem anni.
- Sequentia tamen in Missa non erit dicenda, ex Decreto S. R. C. die 23. Junii 1736. *in Brugen.*
- 264 Ad preces Archiepiscopi Januensis iterum porrectas super assignatione dierum fixorum pro Officiis plurimum Sanctorum, quæ ob occurrence aliorum Officiorum majoris Ritus, in prædicta Civitate, & Diœcesi, propria die recitari nequeunt, S. R. C. quoad Officia tantum Sanctorum Canuti Regis, & Martyris diem 6. Februarii, & S. Wenceslai M. diem 7. Octobris assignari, quoad reliqua Officia verò Rubricas de Translatione Festorum servandas esse mandavit die 22. Augusti 1722.
- Hoc pariter Decreto, utpote particulari, & in casu, de quo agitur, non videtur derogatum aliis Decretis datis supra sub nn. 254. & 260. quæ potiùs confirmata remanent per alia Decreta paulo ante indicata *in Brugen.*
- 265 Benedictus XIII. concessit, ut in toto Ecclesiastico Statu ab omnibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, sequentia B. M. V. Officia in ejus respectivè Festivitatibus recitari, & Missæ respectivè celebrari debeant. Videlicet die 23. Januarii Desponsationis Beatæ Mariæ Virginis cum S. Joseph. Feria sexta post Dominicam Passionis de septem Doloribus B. V. Die 16. Julii B. M. V. de Monte Carmelo; Dominica 2. Novembris Patrocinii B. M. V. die 10. Decembris Translationis Sacræ Domus Lauretanæ, & die 18. Decembris Expectationis partus B. V. & ita decrevit, & servari mandavit die 23. Augusti 1725. in Decreto totius Status Ecclesiastici. Vide n. 338.
- Hæc, & similia Officia, utpote de præcepto recitanda in toto statu Ecclesiastico, si aliquando fuerint impedita ab aliquo Officio majoris Ritus, etiam si sint affixa alicui

alicui Dominica; nihilominus possunt transferri, idque colligitur etiam ex Decreto S. R. C. die 26. Novembris 1735. in *Hispanen.* sub n. 279. Vide etiam Decretum datum sub n. 311.

Idem colligi posse aliqui censent ex alio Decreto emanato die 27. Februar. 1733. in quo S. R. C. supplici libello porrecto nomine Bartholomæi Calimani, Plebani Ecclesiæ Parochialis, & Collegiæ S. Mariæ Zebenico Civitatis Venetiarum, declaravit, transferendum esse Officium Sanctissimi Redemptoris juxta Rubricas.

Prædictum autem Festum Sanctissimi Redemptoris celebratur Venetiis Dominica 3. Julii, in qua habetur Festum Dedicationis prædictæ Ecclesiæ Parochialis Sanctæ Mariæ Zebenico; quapropter non posset in ea Ecclesia celebrari Sanctissimi Redemptoris Officium, nisi transferatur.

Quoad Officium de septem Doloribus S. M. V. videnda sunt Decreta inferius danda sub nn. 269. & 272.

Sic pariter quoad Offic. Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo videndum est Decretum emanatum die 24. Sept. 1736. datum sub n. 267.

Quo verò ad Officia Desponsationis, Patrocinii, & Translationis Sacræ Domus Lauretanæ, & Expectationis Partus B. M. V. S. R. C. sub die 15. Sept. 1736. declaravit, celebrari debere sub Ritu Duplici majori, quod Decretum datur à nobis sub n. 338.

266 Benedictus XIII. die 28. Aprilis anni 1726. Ritu sollempni consecravit Sacrosanctam Basilicam Lateranensem, ejusdem celebritatis memoriam decrevit recolendam quolibet anno die 9. Novembris, & mandavit, ut idem Festum tanquam Dedicationis Cathedralis Ecclesiæ Almæ Urbis ab universo ipsius Clero Seculari tantum, & ejus districtus juxta S. R. C.

Decreta, hac in re pluries edita, sub Ritu Duplici primæ Classis cum Octava, quotannis celebretur. Ita etiam S. R. C. die 14. Septembris 1726. in *Decreto Urbis. & Orbis.*

Regulares verò utriusque sexus Urbis, ejusque districtus, non intelliguntur per hoc Decretum exempti à celebratione præfatæ Consecrat. Basilicæ Lateran. uti Cathedr. Almæ Urbis sub Ritu Duplici secundæ Classis, cum adfit Decret. S. R. C. sub die 1. Aprilis 1662. confirmatum ab Alexandro VII. die 8. ejusdem mensis, in quo demandatur, quod Regulares tenentur celebrare sub Ritu Duplici secundæ Classis sine Octava Festum Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis, Vide n. 81.

267 Ad confovendum, immò ad semper augendum cultum B. M. V. Benedictus PP. XIII. Officium pro Sollemnitate B. M. de Monte Carmelo, prout jacet Romæ impressum 1726. Typis Rev. Cam. Apostol. approbavit, ac ab omnibus Christianis utriusque sexus, qui ad Horas Canonicas tenentur, in posterum sub Ritu duplici majori pro die 16. Julii quotannis recitari mandavit die 24. Septemb. 1726. in *Decr. Urbis, & Orbis.*

Sacra autem R. C. die 23. Junii 1736. in *Einsfallen.* declaravit, omnes nempe etiam quoscunque Regulares teneri celebrare dictum Festum B. V. de Monte Carmelo die fixo 16. Julii.

268 In Litanis Sanctorum pro diversitate functionum, & temporum assignatis, & in illis pro Animæ commendatione, post nomen S. Johannis Baptistæ, statim adjungi debet illud S. Josephi, dicendo: *Sancte Johannes Baptista ora pro nobis: Sancte Joseph ora pro nobis: Omnes SS. Patriarchæ, &c.* Ita servari mandavit ab omnibus Christianis Benedictus XIII. 19. Dec. 1726. in *Decr. Urbis, & Orbis.*

269 Bened. PP. XIII. benignè indulget, ut Officium B. V. Septem Dolorum pluribus Regnis,

Regnis, Dominiis, Civitatibus, ac Diocesis jam concessum, in posterum Feria VI. post Dominicam Passionis ab omnibus Christifidelibus, Secularibus, & Regularibus utriusque sexus, qui ad Horas Canonicas tenentur, sub Ritu duplici majori recitari, & Missa respectivè celebrari possit, & debeat, servatis in reliquis Rubricis Missalis, & Breviarii Romani: ac ita in Breviario, & Missali Romano apponi mandavit præfatus Pontifex die 22. Augusti 1727. in *Decreto Urbis, & Orbis*. Vide infra n. 272.

270 Festum S. Benedicti, quod habet annexum Forum, incidens in aliquem diem majoris Hebdomadæ, transfertur ad Feriam tertiam post Dominicam in Albis tanquam diem propriam, translato quocunque alio Officio etiam æqualis Ritus in eo occurrente. S. R. C. 6. Sept. 1727. in *Fulden*.

Idem antea statuerat pro omnibus Monachis, & Monialibus Ordinis S. Benedicti, Benedictus Papa XIII. die 23. Januarii 1727.

271 Officium S. Mariæ Magdalenæ de Pazis, aliàs sub Ritu Semiduplici pro Ecclesia Universali die 25. Maji recitari concessum, in posterum ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus, existentibus in tota Italia, & Insulis adjacentibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, sub Ritu duplici recitari posse, & debere concessit Benedictus PP. XIII. 28. Januarii 1728.

Hoc Festum & Officium nunc celebratur die 27. Maji tanquam ipsi propria, & assignata, quia dies 25. est impedita in perpetuum ab Officio S. Gregorii VII. Dupl. min. in Breviario Rom. appposito.

272 Cum Officium B. M. V. Septem Dolorum Ecclesiæ Universali jam pro Feria VI. post Dominicam Passionis assignatum (prout patet ex Decreto edito die 22. Augusti 1727. &posito sub num. 269.) mul-

toties in dicta Feria VI. ob occurrenceiam Officii secundæ Classis recitari minimè valeat, propterea Sanctissimus D. N. Benedictus PP. XIII. ob specialem devotionem erga B. M. V. Septem Dolorum, idem Officium die Sabbati immediatè sequenti, non obstante, quòd dicta die occurrat aliud Officium alterius Sancti, dummodo non sit altioris Ritus, ab Ecclesia Universali in posterum celebrari, & Festum Sancti occurrentis juxta Rubricas Generales transferri mandavit die 25. Jan. 1729. in *Decreto Generali Urbis, & Orbis*.

Nonnulla alia Decreta pertinentia ad Officia Sanctorum celebranda, vel ad eorumdem Ritus elevationem, adducentur à nobis suis locis propriis in *Sectione septima*, ubi fusè agetur, cum Gavanto de Proprio Sanctorum.

Pro parte Cleri Sac. Ord. Hierosolymitani humillimè supplicatum fuit S. R. C. pro declaratione sequentium dubiorum.

273 I. Consuevit Clerus &c. hactenus celebrare sub Ritu duplici majori Festum S. Sebastiani Martyris Patroni prædicti Ordinis, & Titularis Cappellæ Lingvæ Alvernæ, erectæ in Ecclesia majori sub Titulo S. Johannis Baptistæ, ejusdem Ordinis, translato in primam diem non impeditam Festo S. Fabiani PP. & Martyris sub Ritu Semiduplici, & quia, ut asseritur, emanavit Decretum S. R. C. usque de die 22. Novembris 1698. quòd declaratum est, quòd Festum S. Fabiani non transferatur, sed celebretur unà cum S. Sebastiano, ideò humiliter postulat, ut possit solitum servare, non obstante dicto Decreto, aliisque rationibus. Et resolutum fuit, quòd servari debeat Decretum emanatum die 22. Novembris 1698. Ita S. R. C. 16. Septembris 1730. in *una Ordinis Hierosolymitani seu Meliten*. Vide nn. 74. 210. 259.

274 II. Consuevit transferre in solam sequentem diem, dummodo non impeditam, Festum S. Laurentii Justiniani assignatum pro Ecclesia Universali die 5. Septembris sub Ritu Semiduplici ad libitum, eò quia eadem die celebratur Officium de die Octava Decollationis S. Johannis Baptistæ, unde pariter petit, ut possit in posterum solitum servare, quibuscumque non obstantibus: Et responsum fuit, juxta mentem, quæ est, quòd supplicent pro assignatione diei fixæ. S. R. C. 16. Septembris 1730. *in eadem.*

275 III. Exponit, qualiter de anno 1659. fuerit facta quædam fundatio ab N. pro decantandis in Pontificali primis Vesp. & Missa votivis de Sancto Francisco Xaverio, assignata pro adimplemento suæ dispositionis die 10. Decembris cujuslibet anni, ne impediretur, ut creditur, Festum ejusdem Sancti, quod magna cum pompa, & populi concursu die 3. ejusdem mensis celebratur in Ecclesia PP. Societatis Jesu Civitatis Vallettæ, unde prædictus Clerus ad tenorem dictæ piæ dispositionis consuevit usque adhuc, post solutam pensam Officii currentis, decantare primas Vesperas, & Missam, in quibus intervenit Eminentissimus Magnus Magister, & Venerab. Consil. ideoque interpellat, ut possit solitum servari, quibuscumque non obstantibus. Quoad Vesperas S. R. Congr. ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi D. Card. Zonzodari rescribendum censuit: negativè; & transferatur Festum Sancti Francisci Xaverii in perpetuum ad diem 10. Decembris. Ita prædicta Sacr. Cong. 16. Septembris 1730. *in eadem.*

276 IV. Institit pro extensione Officii Dedicacionis cum Octava Ecclesiæ Majoris, non solum ad Clerum servitio ejusdem Ecclesiæ addictum, & ad Equites, qui tenentur ad Horas Canonicas ratione alicujus beneficii, sed etiam ad omnes alios
Gavant. Rubr. Brev.

Religiosos utriusque sexus supradicti Ordinis, ubique locorum existentes, etiam extra Melitam, non obstante Decreto hujus S. R. C. emanato à die 11. Julii 1711. & Sacr. R. C. respondit: negativè quoad extensionem ubique locorum. Die 16. Septembris 1730. *in eadem.*

277 V. Declarari postulat, an Festum Sanctorum Angelorum, & Archangelorum, debeat habere utrasque Vesperas integras in concursu alterius Duplicis minoris, ad tenorem novi Decreti emanati, ut asseritur, die 14. Maji 1707. & S. R. C. respondit: servandum esse Decretum. Ita die 16. Septemb. 1730. *in eadem Ord. Jerosolymitani, seu Meliten.* Vide nn. 116. 245.

278 VI. Similiter supplicat declarari, an sub nomine Sanctorum ad libitum comprehendantur Officia Duplicia, & semiduplicia SS. recitari concessa aliquibus Regnis, Provinciis, Civitatibus, & alicui particulari Ordini absque expressa notula (*ad libitum*) sed tantum cum sequenti clausula, nimirum: *recitari possint, & valeant: vel recitari posse censuit?* asseritur enim emanatam fuisse quamdam Declarationem ab hac S. C. tenoris sequentis, videlicet -- Ex voto S. R. C. ut constat ex responso Illustrissimi, & Reverendissimi Archiepiscopi Apameni ejusdem S. C. Secretarii: sub nomine Sanctorum ad libitum non comprehenduntur Officia Duplicia Sanctorum aliquibus Regnis, & Provinciis recitari concessa, ideoque occurrentia in Dominicis non debent omitti, uti etiam, si cadant in diebus impeditis, juxta Rubricas transferantur. Et S. R. C. dubio proposito respondit: negativè, die 16. Septembris 1730. *in eadem.*

Hoc Decreto derogatum videtur alteri dato sub n. 146. & reverà vide Decretum infra positum sub num. 279. *in Hispanen.* Verum considerandum pariter est Decretum sub n. 311. *in Einsidlen.*

G g g

279 Cium

- 279 Cùm in totâ Hispania sit concessum, ut tertia Dominica post Pascha celebretur Festum Patrocinii S. Joseph sub Ritu Duplici, ex parte Reverendissimi Archiepiscopi, & Capituli Ecclesiæ Metropolitanæ Hispalensis quæsitum fuit, si cadat illa die Festum majoris Ritus, an Festum Patrocinii S. Joseph sit transferendum ad aliam diem? & responsum fuit, transferri posse; ita tamen, ut pro dicto Festo Archiepiscopus assignet certam aliquam diem, quæ non sit Dominica fixa. Ita S. R. C. die 26. Novembris 1735. in *Hispalen.* Vide etiam num. 311.
- 280 Cùm pluries occurrant quotannis eodem die duo Festa Sanctorum, quorum unum juxta Rubricas est transferendum, petitum fuit ex parte ejusdem Archiepiscopi, & Capituli Hispalensis, ut quoties perpetua est talis occurrentia, assignetur ei, quod transferendum est, dies propria, & fixa, prima nempe dies non impedita. Et S. C. rescripsit, quod Sanctis qui perpetuò sunt transferendi, sit assignanda dies fixa, & commisit eidem Reverendissimo Archiepiscopo, ut pro unica vice deveniat ad hanc designationem dierum. Vide nn. 80. 254. 260. 286. 287. 288. & 318.
- 281 In Festo Expectationis Partus Beatissimæ Virginis Mariæ, Hymni sunt concludendi cum Versibus: *Virtus, Honor, Laus, Gloria, &c.* & Breve Responsorium ad Primam debet esse: *Qui venturus es in Mundum.* S. R. C. die 26. Novembris 1735. in *eadem Hispalen.*
- 282 Sancti, qui in fine anni supersunt, non sunt transferendi ad annum sequentem, sed quoties toto anni decursu de illis celebrari non valeat, tunc in illo anno diebus eorum propriis considerandi sunt tanquam simplices: faciendò illorum Commemorationem, ut sit in Simplicibus cum nona Lectione ad Matutinum composita ex omnibus eorum Lectionibus propriis secundum Nocturni ad modum unius. S. R. C. die 26. Novembris 1735. in *eadem Hispalen.* Vide num. 337. & 341.
- 283 Lectiones primi Nocturni de Exodo, quæ leguntur in Dominica IV. Quadragesimæ, quoties ista sit impedita aliquo Festo primæ Classis, reassumenda sunt intra illam Hebdomadam in Festo occurrente carente Lectionibus propriis primi Nocturni, quæ desumerentur de Scriptura occurrente, si Festum illud extra Quadragesimam incidisset. S. R. C. die 26. Novembris 1735. in *eadem Hispalen.*
- 284 Relatis in S. R. C. ab Eminentissimo Domino Cardinali Belluga, die 26. Novembris anni proximi præteriti, Reverendissimi Archiepiscopi, & Capituli Metropolitanæ Hispalen. enixis precibus, quibus supplicatum fuit pro elevatione Officii S. Josephi ad Ritum Duplicem primæ Classis; necnon pro declaratione, utrum Officia Semiduplicia, quæ occurrunt in Dominica infra Octavam non privilegiatam, die Lunæ sequenti non impedito Officio novem Lectionum fieri debeant, in exclusionem alicujus Duplicis præcedentis transferendi? S. eadem Congregatio tunc respondit: *dilata.* Repropositis iterum hujusmodi instantiis per dictum Eminentissimum Ponentem, eadem S. Congregatio ad primum rescripsit: pro gratia elevationis absque Octava. Ita die 21. Aprilis 1736. in *Hispalen.*
- Ad secundum verò eadem S. R. C. respondit juxta votum Eminentissimi Ponentis, nempe quòd in exclusione Duplicis præcedentis transferendi in diem Lunæ immediatè sequentem non impeditam, debeat fieri Officium de Semiduplici, quòd aliquando occurrit in Dominica infra Octavam non privilegiatam, quia eo casu talis dies est assignata pro dicto Semiduplici. Ita eadem S. Congregatio die 21. Aprilis 1736. in *eadem Hispalen.* Vide nn. 104. 105. 174. 191. 216. 226. 254. & 285. In

- 285 In Desponsatione B. M. V. non est faciendā Commemoratio S. Iosephi, nisi constet de speciali Concessione. S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*. Vide n. 317.
- 286 Si die 21. Januarii occurrat in aliquibus Locis Festum alicujus Sancti particulare sub Ritu Duplici, v. g. S. Meinradi apud Benedictinos, faciendum est Officium de tali Sancto, & transferendum est Officium S. Agnetis, quod occurrit eadem die, cui assignari debet aliqua dies fixa, quæ tamen non sit dies 28. Januarii, ne Festum Sanctissimi Nominis Jesu, quod celebratur Dominica 2. post Epiphaniam, aliquando occurrat in eadem Dominica, quæ est Septuagesimæ; ideoque ne illud Festum celebraretur intra Quadragesimam, (quod non conveniret) erit relinquenda vacua dies 28. Januarii, in quam id tunc erit transferendum. Quando autem ageretur Festum S. Agnetis secundo, fiet de eo Commemoratio tanquam de Simplici; nullo habito respectu, quod Festum ejusdem sollemne prius non fuerit celebratum. S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*. Vide nn. 159. 287. 288. & 322.
- Ob supradictam rationem in Statu Ecclesiastico videtur non esse assignandam diem 28. Januarii Festo Sancti Raymundi de Pennafort; sed nonnulli Ordinarios Directores, inhærendo aliis Decretis relatis sub numeris 254. 260. & aliis ibi notatis, adhuc tali Festo assignant prædictam diem, tanquam ei fixam, & propriam, & transferunt Officium Sanctissimi Nominis Jesu in aliam diem.
- 287 Die 3. Martii, qua in Germania occurrunt S. Anselmus Abbas, & S. Cunegundis Virg. Imperatrix, faciendum est Officium de S. Cunegunde, & assignanda fixa, & propria dies pro S. Anselmo, Sacr. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*.
Ita decisum fuit pro Monachis prædi-

- cti Monasterii, quia Festum S. Cunegundis est Festum tum Ordinis, tum Nationis.
- 288 Ubi celebratur Festum S. Barbaræ sub Ritu Duplici, etiamsi sine speciali sollemnitate, fiet de illa Officium; assignando aliam fixam & perpetuam diem S. Petro Chrysologo. S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*. Vide nn. 286. 287. 322.
- 289 Festum Lanceæ, quod est approbatum ex Indulto in Germania, & celebratur Feria VI. post Dominicam in Albis, si ob concurrentiam alicujus Festi novem Lectorum impediatur, transferri debet ad aliam Feriam VI. intra Tempus Paschale tantum. S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*.
- 290 Pro translatione Festorum talis ratio habeatur, ut prius fiat Officium de prius descripto in Calendario, nullo habito respectu, quod Officium translatum sit Ecclesiæ particularis, Ordinis, seu Religionis, Diocæsis, Nationis, & Ecclesiæ universalis.
Quando occurrit Festum aliquod in Diocæsi, quod sit de præcepto quoad Forum, Regulares de eo debent Officium facere; nisi apud ipsos occurrat eadem die aliud Festum, quod sit ejusdem Classis, Ritus, & majoris Dignitatis. S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*.
- 291 Quando in primis Vesperis S. Hermenegildi Martyris, Hymnus proprius non fuerit recitatus, ponendus est in Matutino, & Hymnus Matutini substituendus est in Laudibus. S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*.
Cum Hymnus Matutini prædicti Sancti sit continuatio ejusdem Hymni, qui dicitur est in primis Vesperis; hinc ne recitetur prius vitæ finis quam primordia, valde congrua & propria est talis substitutio, & variatio. Habemus similem Ritus in Officio Sanctæ Martine die 30. Januarii, in quo si ad primas Vesperas recitatus non fuerit Hymnus proprius, hic conjungitur, & fit unus cum Hymno Matutini, cujus est

- continuatio; proüt Hymnus Laudum est finis, & terminus utriusque: Ita in omnibus Urbis Ecclesiis in casu simili practicatur.
- 292 Quando Festum S. Raphaelis celebratur Dominica tertia post Pascha, Antiphona primi Nocturni erit -- *Multa magnalia*, & in secundo Nocturno -- *Archangele Raphael*; in tertio autem -- *Angelus Archangelus &c.* S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*.
- 293 Quando Festum SS. Philippi, & Jacobi celebratur extra tempus Paschale, omitti debent omnia -- *Alleluja* -- Asterisci verò non tolluntur. S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*.
Addendum est etiam hoc loco, quòd repetitio ultima in istis Responsoriiis, debet esse brevior, non autem prolixior, ut notat Gavantus *Sect. 5. cap. 12. de Responsoriiis*.
- 294 In Festo S. Caroli Borromæi 4. Novembris in primis Vesperis pro Commemoratione SS. Vitalis, & Agricolæ MM. Antiphona erit -- *Istorum est enim Regnum Celorum &c.* cum versu -- *Latanini in Domino &c.* & ad Laudes substituetur versus -- *Exultent iusti &c.* post Antiphonam -- *Vestri Capilli &c.* S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*.
- 295 Quando Antiphonæ, & versus in Vesperis variandi sunt pro Commemoratione alicujus Simplicis faciendâ, *Tunc ad Vesperas*, Primò accipiendâ est Antiphona, cum versu Laudum. Si verò plures sint Commemorationes Simplicium, tunc secunda Commemoratio sumetur ex secundis Vesperis cum versu secundi Nocturni; tertia verò Commemoratio fiet, desumendo Antiphonam primam ex tertio Nocturno cum versu ejusdem Nocturni. *Ad Laudes* -- Prima Commemoratio cum versu erit propria ex primis Vesperis; Secunda Commemoratio fiet cum Antiphona tertii Nocturni, & versu assignatis jam in primis Vesperis; Tertia autem Com-
- memoratio fiet, desumendo Antiphonam, & versum dictos secundo loco in primis Vesperis, nempe Antiphonam secundam Vesperarum, & versum secundi Nocturni. S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*.
- 296 In Festo S. Johannis Chrysostomi, quoad Lectiones in primo Nocturno legendas, servetur Rubr. Brev. Rom. unde extra Quadragesimam dicantur Lectiones de Scriptura occurrente. Intra Quadragesimam verò recitentur Lectiones de communi Doctorum. Pro S. Johanne de Matha idem servandum, & in Quadragesima dicantur Lectiones de Communi, scilicet: *Beatus vir &c.* S. R. C. 5. Maji in *Einsidlen*.
- 297 Quando in Festo aliquo Lectiones assignantur legendæ, sive propriæ, sive de Communi, omittitur etiam initium scripturæ, quòd reponendum est infra Hebdomadam in Officio Ritus inferioris, minoris Dignitatis & Sollemnitatis: etiamsi tale Festum habeat Lectiones proprias, aut sint de Scriptura. S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*.
- 298 Quando October habet tantum quatuor Dominicas, servetur omninò dispositio Brev. Rom. & in Feria V. VI. & Sabbato Hebdomadæ IV. legantur Lectiones de Dominica V. continentes historiam Martyrii SS. Machabæorum. S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*.
- 299 In Festo S. Margaritæ Scotorum Reginæ ab aliquibus Breviariis expungi debent ultima verba Lectionis -- *Cujus Festum ab eodem Pontifice concessum*, Innocentius XI. ad Octavam idus Julii transferri jussit. S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*.
- 300 In tertio Nocturno pro Festo S. Johannis Nepomuceni, tam intra, quàm extra tempus Paschale, semper dicatur Evangelium -- *Nihil est opertum &c.* cum sua Homilia. S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*.

301 Cùm sæpè contingat, ut in Diœcesi celebraretur unum, & idem Festum, & alii in tertio Nocturno unum assignent Evangelium; alii verò aliud; Religiosi sequi debent Ordinem proprii Breviarii. S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*.

302 In Dominica in Albis potest legi nona Lectio de simplici Festo occurrente, ut accidit anno 1735. de Sancto Aniceto.

Dominica tertia post Pascha, ubi celebratum est Festum Sancti Raphaelis Archangeli, in tertio Nocturno recitetur Homilia S. Johannis Chrysostomi, nempe *Cum velti Deus &c.* S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*.

303 Quando Vigilia omnium Sanctorum venit in Dominica; & consequenter anticipanda est in Sabbato, quod tunc erit dies 30. Octobris, in qua à PP. Benedictinis celebratur Festum Sacrarum Reliquiarum totius Ordinis, tunc à prædictis Monachis facienda est Commemoratio tantum de Vigilia omnium SS. Ita S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsid.* Vide tamen n. 328.

Ita decrevit Sacr. Congr. quia Evangelium: *Descendens Jesus de Monte &c.* est commune tum Officio Vigiliæ, tum Officio Sacrarum Reliquiarum, & quia ita servat Ecclesia in Officio Expectationis Partus B. M. V. cujus cùm idem sit Evangelium cum Officio Feriæ quatuor Temporum; ideò quando dictum Festum Expectationis occurrit in memorata Feria quatuor Temporum, illud unicum Evangelium recitatur, & in fine Missæ legitur Initium Evangelii S. Johannis. Ita optimè observavit Clarissimus Vir Venantius Philippus Pierianus Ceremoniarum Apostolicarum Magister.

304 In Festo B. M. V. de Monte Carmelo, quod etiam à Regularibus servari debet die 16. Julii, quamvis Officium recitetur juxta concessionem Benedicti XIII. prout in Festo S. M. ad Nives; tota tamen Missa, & non tantum Evangelium, dica-

tur illa, quæ à Sede Apostolica approbata est, & quæ incipit *Gaudemus omnes &c.* S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*.

305 Festum Principalis Patroni alicujus Diœceseos à Regularibus est celebrandum Ritu Duplicæ primæ Classis, & Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis Ritu Duplici secundæ Classis, sine Octavis, & degentes extra Civitatem non tenentur ad Dedicacionis Officium. S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*. & antea die 16. Junii 708. in *Parisien*.

306 Postquam S. Canutus pro Ordine Benedictino fixè est repositus ad 20. Februarii, potest pridie hoc elogium legi in Martyrologio -- S. Canuti Regis, & Martyris VII. Idus Januarii, non variata tamen dispositione Martyrologii Romani. S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*. Vide n. 314.

307 Quæsitum fuit: an, si per Dedicacionem Ecclesiæ, vel aliud Festum cadens in Dominica, impediatur initium Scripturæ talis Dominicæ, & per Octavam non sit locus pro ea, eò quòd omnes dies sint dies infra Octavam præter unam fortè, quæ tamen habeat Lectiones de Communi assignatas, tunc tale initium sit omittendum, vel potius reponendum in illo Festo, ommissis Lectionibus assignatis, & quid si illud sit Duplex majus? Et responsum fuit, Initium Scripturæ, aut transferendum est ad diem liberam, etiamsi post Octavam hoc eveniat, aut anticipatè legendum; sed in Officio, pro quo assignatæ sunt Lectiones de Communi, illæ sunt legendæ. Quod faciendum est etiam in Dupl. majori, juxta Rubr. Brev. de Lectionibus. S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*.

308 In die Octava Dedicacionis semper sunt repetendæ Lectiones in primo Nocturno, quæ jam lectæ fuerunt in primo Nocturno Officii de ipsomet Festo Dedicacionis. Rubr. Brev. de Lect. n. 9. S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*.

309 Si in Dominica IV. post Pascha legantur Lectiones Initii Epistola B. Jacobi

- Apostoli, in Festo SS. Apostolorum Philippi, & Jacobi legenda erunt Lectiones ejusdem Epistolæ, quæ occurrunt dicenda in illa Feria. S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*.
- 310 Quando dies 3. Dedicacionis impeditur per Festum majoris Ritus, & in ea occurrat Dominica, vel concurrat in primis, aut secundis Vesperis Semiduplex, commemoratio diei octavæ facienda est ante commemorationem Dominicæ occurrentis, & Semiduplexis cujuscunque occurrentis. S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*.
- 311 Non possunt transferri Officia illa affixa certis diebus, quæ sunt concessa pro Locis, & Ecclesiis particularibus, ad eorum instantiam; at quando Officia prædicta sint de præcepto pro aliquo Statu, sicuti sunt Officia plura B. M. V. concessa à S. M. Benedicto XIII, pro Statu Ecclesiastico, affixa certis diebus, transferantur. S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*. Vide nn. 265. 278. & 279.
- 312 In omnibus Congregationibus Ordinis Benedictini post Festum omnium SS. 13. Novemb. celebratur sollempnis Commemoratio omnium Defunctorum Confratrum dicti Ordinis, unde si die illa 14. Novembris alicubi adsit Festum duplex translatum, sive occurrens, fiet quidem Officium de tali Festo duplici cum Missa sollempni post Tertiam, Officium verò Defunctorum recitandum erit post Laudes, & omnes Missæ privatæ dicendæ erunt pro Defunctis Confratribus in paramentis nigris: Quapropter Commemoratio omnium Defunctorum non est transferenda in tali casu. Ita S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*. Vide nn. 158. 218. & 256.
- 313 Ubi Festum Sanctissimæ Trinitatis est Titulus Ecclesiæ, non est dicendum per totam Octavam, sive Officium fiat de Octava, sive de alio Festo occurrente, Sym-
- bolum S. Athanasii, sed solùm in sollempni Festo Sanctissimæ Trinitatis, & in die 3. ejusdem. S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*. Vide n. 247.
- 314 Festa illa, quæ à die obitus aliquorum Sanctorum translata, sortita sunt alium diem fixum, annuncianda sunt iisdem diebus, & verbis in Martyrologio Romano descriptis. Quòd si eorum transferantur Officia pridie, quàm celebrentur, potest nunciari Festum illius Sancti, de quo sequenti die agetur sollempnis memoria. S. R. C. 5. Maji 1736. in *Einsidlen*. Vide n. 306. vide etiam Guyetum lib. 2. cap. 14. de Annunciatione Festorum *questione 5. n. 3.*
- 315 I. Quæsitum fuit, an Festa Diocesana, occurrentia eodem die cum Festis Romanis, præponenda sint Festis Romanis ejusdem Ritus, & sollempnitatis; ex. gr. die 4. Decembris Festum Diocesanaum S. Barbaræ occurrit cum Festo duplici Romano S. Petri Chrysologi; dubitatur, & quæritur, quale Festum sit prius celebrandum? Et responsum fuit, detur Decretum sub die 12. Junii 1736. in *Brugen*. Vide allegatum Decretum in nostro Indice n. 227. in quo resolvitur, cæteris paribus Festum Diocesanaum, & particulare præferendum esse Festo universalis. Vide nn. 209. & 322. necnon Decretum sub n. 194. & aliud simile emanatum die 16. Februarii 1737. in *Mechlinen*. ad primam *Dubium*.
- 316 II. Dum Semiduplex incidit in Festum habens Octavam, vel in Dominicam infra Octavam (non privilegiatam) & dies immediatè sequens non est impedita, sed restat celebrandum duplex; V. G. hoc anno 1736. Festum Ascensionis Domini incidit in die 10. Maji, seu in Festo S. Antonini, & remanet celebrandum Festum S. Petri Martyris, quod est duplex: Quæritur, an die 11. Maji, nempe immediatè sequenti, celebrari debeat Festum semiduplex

duplex S. Antonini juxta Rubricam de Translatione Festorum n. 5. transferendo ulterius Festum S. Petri M. Rursum quaesitum fuit, an de Festo translato faciendum sit Officium die immediatè sequenti non impedito, etiamsi adsit aliud ejusdem dignitatis Festum prius translatum? Ad utrumque responsum fuit affirmativè, & jussum fuit dari Decreta emanata sub diebus 30. Septembris 1679. & 16. Septembris 1702. quæ Decreta dantur in nostro Indice sub nn. 104. 105. & 226. Vide etiam alios ibi indicatos. S. R. C. die 23. Junii 1736. in *Brugen*, idem omnino confirmavit die 16. Februarii 1737. in *Mechlinen*. ad 2. *Dubium*. Secundam tamen resolutionem aliqui ad praxim non deducunt.

317 III. An die 23. Januarii in Festo Desponsationis B. M. V. sit facienda commemoratio Sponsi S. Josephi tam in Officio, quam Missa? Et responsum fuit: servetur Rubrica, quæ habetur in Officio Desponsationis. S. R. C. 23. Junii 1736. in *eadem Brugen*. Vide Decretum clarius, datum supra sub n. 285. in *Einsidlen*. & idem omnino confirmavit die 16. Februarii 1737. in *Mechlinen*. ad 3. *Dubium*.

318 IV. Cum Festum S. Gregorii VII. ex mandato Benedicti XIII. celebrandum sit die 25. Maji, quo die antea celebrabatur Festum semiduplex S. Mariæ Magdalena de Pazzis; Queritur, an hoc Festum habeat diem fixum, an verò sit transferendum in primam diem non impeditam? Et responsum fuit, ei assignandam esse primam diem non impeditam. Ita S. R. C. 23. Junii 1736. in *eadem Brugen*.

Vide nn. 80, 254, & 260. idem omnino confirmatum fuit die 16. Februarii 1737. in *Mechlinen*. ad 4. *Dubium*.

319 V. An Festum Nominis B. M. V. in Diocesis Imperatori subjectis sit duplex majus, prout in Breviario ponitur, an verò duplex secundæ classis, ob Indulgentias

plenarias ab Innoc. XIII. concessas an. 1722, prout in Dioc. Viennensi? Et responsum fuit affirmativè ad primam partem, negativè ad secundam. Ita S. R. C. in *eadem Brugen*. & idem omnino confirmavit die 16. Februarii 1737. in *Mechlinen*. ad 5. *Dubium*.

320 VI. An in Festo S. Luciae 13. Decembris in Officio possit legi nona lectio propria alicujus sancti simplicis, ut de S. Judoco solet legi in hac Diocesi, de quo illa die fit commemoratio? Et S. R. C. respondit affirmativè die 23. Junii 1736. in *eadem Brugen*. idem omnino confirmavit die 16. Februarii 1737. in *Mechlinen*. ad 6. *Dubium*.

321 VII. An die 18. Decembris in Festo Expectationis partus B. M. V. sit finis Hymnorum: *Jesus tibi sit Gloria, &c.* sicut in aliis Festis B. M. V. an non? Et responsum fuit, servetur Rubrica. Ita S. R. C. die 23. Junii 1736. in *eadem Brugen*.

Vide aliud simile Decretum datum sub n. 281. & idem omnino confirmavit die 16. Februarii 1737. in *Mechlinen*. ad 7. *Dubium*.

322 In Occurrentia Festorum ejusdem Ritus, & aliàs quomodocumque parium, primum locum habebit Officium Ecclesiæ particularis, secundum Ordinis, seu Religionis, tertium Diocesis, quartum Nationis, quintum Ecclesiæ Universalis. S. R. C. die 23. Junii 1736. in *Einsidlen*.

323 In Orationibus expungantur omnino cognomina, & Patriæ Sanctorum. S. R. C. 23. Junii 1736. in *Einsidlen*.

Vide Decretum emanatum die 23. Decembris 1629. datum sub num. 50. in quo excluditur tantum Patria, non verò cognomen Sanctorum.

324 Octava S. Scholasticæ (apud Benedictinos) quando de illa fiat Officium, impedit Preces &c. Quod si occurrat in Fer. IV. Cinerum, dicuntur Preces &c. sed nihil sit de Octava, quæ terminatur ad primam

- mas Vesperas Peria IV. Cinerum exclusi-
vè. S. R. C. 23. Junii 1736. in *Einsidlen*.
Vide nn. 123. 124.
- 325 Quæsitum fuit, an conformiter ad De-
cretum S. R. C. de Commemoratione
Octava S. Scholastica in die Cinerum
omittenda, etiam in Dominica Passionis,
infra Octavam S. Benedicti cadente, &
ejusdem Dominica in primis Vesperis sit
omittenda Commemoratio Octava? Et
responsum fuit, in primis Vesperis faci-
enda est Commemoratio de die infra Octa-
vam, quando Octava celebratur post Do-
minicam Passionis, secus autem, si dies
Octava incidat in eandem Dominicam Pas-
sionis, quia propter Dominicam privile-
giatam cessat Octava. S. R. C. 23. Junii
1736. in *Einsidlen*.
- 326 Festum Inventionis S. Crucis cadens in
Dominicam, in qua celebratur Festum De-
dicationis Ecclesie, non potest transferri
in diem immediatè sequentem, si hæc sit
Festo Duplici, vel semiduplici impedita,
sed debet reponi prima die non impedita.
Ita S. R. C. 23. Junii 1736. in *Einsidlen*.
- 327 Si Festum S. Johannis Baptista, sive
aliud ex Sollemnioribus venerit in die Cor-
poris Christi, Officium S. Johannis singu-
lari privilegio, transfertur in sequentem
diem à quocumque Officio duodecim Le-
ctionum (nempe juxta Ritus Monasticum,
& juxta Ritus Romanum novem Lectio-
num) etiam impeditam cum commemora-
tione Octava; sed in secundis Vesperis
Corporis Christi sit Commemoratio tan-
tum S. Johannis. Cætera verò Festa sol-
lemniora occurrentia in dicta die Cor-
poris Christi transferantur infra Octavam in
primam diem non impeditam. S. R. C. 23.
Junii 1736. in *Einsidlen*.
- Idèò Festum S. Johannis Baptista hoc
privilegio gaudet, quia hoc idem Festum
ea celebritatis significatione colebatur, ut
Presbyteri eo die ter Missam facere sole-
rent, prout in die Nativitatis Domini nos

peragere solemus, & hoc colligitur ex pro-
batissimis Auctoribus. Ad hunc Ritus sta-
tuendum pro eodem Officio, mota fuit S.
C. etiam ex causa, & consideratione per-
actæ Vigilia S. Johannis, quæ cum sit præ-
ventio Festi, requirebat proximiorum
quantum fieri potest ipsi Festo proprii Of-
fici recitationem. Advertit etiam S. Congr.
quod concurrente Festo S. Johannis
cum Festo Dedicacionis declaravit, secun-
das Vesperas celebrandas fore integras de
S. Johanne, eum sola Commemoratione
Dedicacionis, quamvis Dedicatio Ecclesie
sit Festum Domini, ut videre est in De-
creto emanato die 11. Augusti 1688. in
Aquilejo. superius dato sub n. 156.

Cætera autem Festa sollemniora, nem-
pe primæ vel secundæ Classis, quando oc-
currunt in dicta die Corporis Christi, trans-
ferri debent infra Octavam in primam di-
em non impeditam, juxta Decretum ema-
natum 30. Maji 1699. in *Ulyssiponen*. da-
tum sub n. 188.

Hoc loco unum superest advertendum,
quod sicut S. Congr. circa Festum S. Jo-
hannis Baptista, quando occurrit in Festo
Corporis Christi, in prædicto sensu inter-
pretata est Textum Rubricæ X. sic loquen-
tis: *Si Festum Nativitatis S. Johannis Ba-
ptista venerit in die Corporis Christi, trans-
fertur in diem sequentem cum Commemora-
tione Octava &c.* Ita, inquam, est interpre-
tata, ut prædictum Festum S. Johannis
præferendum sit cuicumque Festo novem
Lectionum, etiam occurrenti in die se-
quenti, à quo dicta dies venit impedita;
eodem modo censerem intelligendum esse
Decretum Clementis VI. allegatum à Ga-
vanto *sect. 7. cap. 4. n. 2.* statuentis, quod
si Festum Purificationis occurrat in Domi-
nicis privilegiatis, transferendum est in
Feriam secundam, scilicet etiam si talis Fe-
ria secunda esset impedita Festo novem Le-
ctionum, præsertim inferioris, vel æqualis
Ritus; nam nisi hoc modo intelligatur
Decre-

Decretum Clem. VI. frustraneum videtur; nihil siquidem aliud præferberet, quàm quòd in prædicto eventu transferatur Festum Purificationis in Feriam immediatè sequentem, si nullum Festum in eo occurrat, de qua Translatione hoc modo facienda, nullum potest oriri dubium; neque ullum adderet privilegium pro tali Festo Clemens Papa VI. Præterea congruum valde videtur tale privilegium, ne ulterius protrahatur Officium Purificationis B. M.

328 Festum Sacrarum Reliquiarum, quæ asservantur in Ecclesiis Ordinis Benedictini, celebrandum est ab ipsis Monachis de præcepto, & quidem die 30. Octobris. S. R. C. 23. Junii 1736. *in eadem Einsidlen.* Vide n. 303.

329 In secundis Vesperis S. Æmiliani Abbatis (quod est Duplex majus apud Benedictinos) quæ coincidunt cum primis Vesperis de Festo omnium SS. Monachorum ejusdem Ordinis, est facienda Commemoratio de S. Æmiliano, si Ritus id permittat, nulla habita ratione, quòd sit etiam ipse unus ex iisdem Sanctis Monachis, quorum Festus Dies celebrari incipit in dictis Vesperis. S. R. C. 23. Junii 1736. *in eadem Einsidlen.*

330 Quando ob Festum SS. Nominis JESU contingat transferri aliud Officium Duplex secundæ Classis inferioris dignitatis, de eo debet fieri prima die non impedita. S. R. C. *in eadem Einsidlen.*

Festum B. M. V. de Monte Carmelo celebrandum est ab omnibus de præcepto, & servari debet Decretum emanatum 24. Septembris 1726. S. R. C. 23. Junii 1736. *in Einsidlen.*

331 Festum SS. Nominis Mariæ celebrandum est Dominica infra Octavam Nativitatis ejusdem, & quando dies Octava Nativitatis incidit in Dominica, nulla fit Commemoratio Octavæ. S. R. C. 23. Junii 1736. *in eadem Einsidlen.*
Gavant. Rubr. B. M.

332 In Officio S. Mariæ in Sabbato à Patribus Benedictinis facienda est Commemoratio S. Benedicti, non verò S. Scholasticæ. Rursus in Officio de S. Benedicto, quod iidem Monachi celebrare solent infra singulas Hebdomadas, non est facienda Commemoratio Sanctæ Scholasticæ. Ita S. R. C. 23. Junii 1736. *in eadem Einsidlen.*

333 In Officio SS. Sacramenti, quod recitatur singulis V. Feriis in Germania, & in Officio Immaculatæ Conceptionis, quod ex indulto S. R. C. recitatur in Germania sub Ritu Duplici in Sabbato, quoad Commemorationes in his faciendas, servetur Rubrica de Commemorationibus; & Commemoratio S. Benedicti (à PP. Benedictinis) fiat in Semiduplici, Simplici, & Feriis. Et quoad Officia S. Benedicti, S. Scholasticæ, SS. Sacramenti, & Immaculatæ Conceptionis, servetur Decretum diei 20. Martii 1706. quo prohibentur hujusmodi Officia celebrari intra Quadragesimam, Adventum, quatuor Tempora, Ferias Rogationum, & Vigiliis omnes sive cum Jejunio, sive sine Jejunio. Ita S. R. C. 23. Junii 1736. *in eadem Einsidlen.*

334 In Officio votivo Immaculatæ Conceptionis, in Antiphona quæ dicit - *Post partum Virgo inviolata permansisti* - dici non potest *Immaculata*. S. R. C. 23. Junii 1736. *in Einsidlen.*

335 In Officio Defunctorum in Vesperis, & Laudibus, dicendi semper sunt Psalmi appositi - *De profundis*, & *Lauda an mea Dominum*, & post Vesperas, & Laudes, omittantur iidem Psalmi tantum in die Commemorat. omnium Fidelium Defunctorum, & in die depositionis Defuncti. S. R. C. 23. Junii 1736. *in Einsidlen.* Vide n. 339.

336 Ex parte Cleri Ecclesiæ Toletanæ questum fuit; an occurrente Festo Duplici secundæ Classis Octavam habente cum
H h h Do-

- Dominica Septuagesimæ, si (sequentibus Feriis occupatis) transfertur ad sequens Sabbatum: secundæ Vesperæ erunt ut in primis, aut in secundis Vesp. Festi cum Commemoratur. Dominicæ in Sexagesima, aut erunt de Psalterio à Capitulo Dominicæ cum Commemoratione diei Octavæ? Et quid si dies octavus habeat orationem propriam? & S. R. C. Ponente Eminentissimo Zonzadari respondit, secundas Vesperas Festi fieri debere cum Commemoratione Dominicæ in Sexagesima; & in die Octavæ esse recitandam orationem propriam. Ita die 15. Septembris 1736. in *Toletana*.
- 337 Ex parte ejusdem Cleri quæsitum patenter fuit: an stantibus Decretis de non addendo, mutando, vel retrahendo in Brev. Romano; necnon Decretis Officiorum noviter apponendorum in corpore, in quibus præcipitur his verbis -- *debeant, teneantur, agant*: in Officiis verò Provincialibus concluditur sic -- *valeant, possint, recitare posse censuit, concessit, annuit &c.* si autem in aliqua Ecclesia præsertim Regularium sint tot Festa, quod non possint nonnulla Semiduplicia translata adhuc recurrente anno reponi semel in Biennio; in hoc ergo casu quæsitum, inquam, fuit -- an licebit omittere quæ sunt de Breviario, ut fiat de particularibus dicto modo concessis? & S. R. C. respondit: *desur Decretum in Hispalen.* emanatum sub die 26. Novembris 1735. Ita 15. Septemb. 1736. in *eadem Toletana*.
- 338 Officia B. M. V. nempe Desponsationis, Patrocinii, Translationis Alnæ Domus, & Expectationis Partus, à S. M. Benedicto XIII. die 23. Augusti 1725. pro toto statu Ecclesiastico concessa, sub Ritu Duplici majori celebrari debent. Ita declaravit, & servari mandavit S. R. C. die 15. Septembris 1736. in *una Dubiorum*.
- 339 Psalmi: *Lauda Anima mea Dominum &c.* & *De profundis &c.* omittantur in precibus post Officium in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, & in die obitus seu depositionis defuncti dumtaxat; Cæteris autem diebus semper, & omnino dicantur. Ita S. R. C. die 3. Augusti 1737. in *Nolana*. Vide n. 335.
- Hujusmodi Decreta in *Nolana* & in *Ein-sidlen*. confirmata fuerunt à S. R. C. die 8. Martii 1738. in *una Eremitarum Ord. Camaldul.*
- 340 Missam, & Officium S. Julianæ de Falconeriis Fundatricis Tertii Ordinis Servorum B. M. V. cum Oratione, Hymno, & Lectionibus propriis secundi Nocturni sub die 20. Martii 1728. præfata Servorum B. M. Religioni & Civitati Florentinæ concessum, in posterum prout jacet ab omnibus Christifidelibus utriusque lexis tam Secularibus quam Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, die 19. Junii sub Ritu Semiduplici recitari, & respectivè celebrari debere indultit; ac ita in Missali, & Breviario Romano apponi mandavit S. R. C. die 8. Martii 1738. approbante Clemente Papa XII. die 15. ejusdem Mensis, & eodem Anno in *una Urbis & Orbis*.
- Hoc Decretum recentissimè emanavit postquam impressa jam erant folia totius Sectionis Septimæ; Unde sub die 19. Junii non potuerunt inseri sequentia verba.
- „ Eadem die nunc celebratur Festum
 „ S. Julianæ de Falconeriis sub Ritu Semi-
 „ duplici cum Lectionibus secundi No-
 „ cturni, Oratione, & Hymno propriis.
 „ Ita demandavit S. R. C. die 8. Martii
 „ 1738. approbante Clemente XII. die
 „ 15. ejusdem Mensis.
- 341 Ex parte Patris Josephi à Vernio Ordinis Minorum Cappuccinorum supplicatum fuit pro declaratione infra scripti Dubii.

An Sancti, de quibus in toto Anni decursu celebrari Officium non potuit, transferendi sint ad annum sequentem, vel potius eo anno sint omittendi? Sac. Rit. Congregatio inhaerendo alteri resolutioni in similibus datae ad instantiam Reverendissimi Archiepiscopi Hispaleu. sub die 26. Novembris 1735. rescribendum censuit: Sanctos, qui in fine anni supersunt, non esse ad annum sequentem transferendos, sed quoties toto anni decursu

de illis celebrari non valeat, tunc in illo anno diebus eorum propriis considerandos esse tanquam Simples: faciendo illorum Commemorationem, ut fit in Simplicibus cum nona Lectione ad Matutinum composita ex omnibus eorum Lectionibus propriis secundi Nocturni ad modum unius: Et ita declaravit, die 8. Martii 1738.

Hoc Decretum est conforme Decretis positis sub nn. 282. 337.

A P P E N D I X

Aliorum Decretorum, quorum notitia ad nos pervenit postquam coordinatus erat superior Index, & quorum aliqua spectant ad Rubricas Missalis.

342 **C**um ex Privilegio Apostolico Religio Servorum B. M. V. possit, & valeat recitare Officium Sanctissimi Sacramenti qualibet Feria V. & illud B. Virginis qualibet die Sabbati sub Ritu Semiduplici, dummodo dicti dies non sint impediti Officio novem Lectionum, & exceptis Adventu, Quadragesima, & Vigiliis: Et cum multoties eveniat, quod sit remittendum Officium alterius Sancti, aliis de causis translatum; ideo Rector, & Patres Montis Senarii in Etruria ejusdem Ordinis, ad tollenda multorum dubia supplicarunt S. R. C. pro declaratione: an dictis diebus dicendum sit Officium translatum, vel potius Sanctissimi Sacramenti, & B. Virginis ex dicto Privilegio, prout hactenus consueverunt? Et eadem S. R. C. respondit: translatum ulterius protrahi, & Officium fieri juxta Privilegium, stante praesertim laudabili Consuetudine &c. Ita S. R. C. die 22. Nov. 1664. in una Etruria.

343 De Patrono, seu Titulari Ecclesiae debet fieri Officium sub Ritu Duplici primae Classis cum Octava à Clero eidem adscripto, etiamsi Ecclesia non fuerit consecrata, sed tantum benedicta. S. R. C. 21. Junii 1710. in una Cappuccinorum Provincia Lugdunen.

344 Si contingat fieri Officium de Festo Semiduplici in Vigilia Omnium Sanctorum, non obstante Commemoratione Vigiliae debent in Laudibus fieri Suffragia Communia: In Missa tamen debet dici Oratio: *A cunctis &c.* Ita S. R. C. 21. Junii 1710. in eadem Cappuccinorum.

345 Non debet cantari, neque celebrari Missa in Altari ubi est expositum Sanctissimum Sacramentum, nisi sit pro eo reponendo; at si ex necessitate fieri opus esset, populus benedicendus est more consueto, & non cum Sanctissimo Sacramento. S. R. C. 13. Junii 1671. Angolopolitana.